ſecūda vō ē ex eēntia ⁊ exiſtentia que vocatur cōpoſitio ex eſſe ⁊ eēntia. Cōueniūt āt iter ſe ⁊ differūt hec ꝯpoſitiones ꝯueniūt qdē ĩ duob⁹. ꝑmo ĩ hoc ꝙ vtraqꝫ cōſtat ex actu ⁊ potētia mām enim ⁊ formā claꝛt eſt ſe hēre vt potētiā ⁊ actū: eēntia āt ⁊ eē ex eo liquet ꝙ ſe hn̄t vt potentia ⁊ act⁹: qꝛ qditas quelibꝫ ex hoc ponit̄ ĩ rerum nā ꝙ exiſtentiā acqrit. Scđo ꝯueniūt in hoc ꝙ vtriuſqꝫ extrema ſūt in eodē genere tā. n. mā ⁊ forma hoīs: qꝫ eſſētia ⁊ eē ei⁹ in gñe ſbe ⁊ ſpē humana reponant̄. Differūt autem quo ad decē. ꝑmo qꝛ extrema prime compoſitionis ſunt partes ſube ⁊ nō ſunt ſuba ꝓprie loquendo: vt pꝫ. Materia autem ⁊ forma non ſunt in genere ſubſtantie niſi reductiue. vnde predicationem ſube que eſt gen⁹ generaliſſimuꝫ non niſi in obliquo ſuſcipiunt. extremoꝝ vero ſecunde ꝯpoſitionis neutrū ē pars ſubſtantie ſed alterum eſt ſubſtantia: eſſentia. ſ. que ē in recta linea predicamentali. Alterum vero extra ſubſtantiam. ſ. exiſtētia. Secundo differunt quia extremum illud quod ſe habꝫ vt potentia in prima compoſitione ē ens pure potentiale materia. ſ. extremum vero illud qđ ſe habꝫ vt potentia in ſecunda compoſitione non eſt pura potentia. ſed ens in aliqua ſpecie quiditatiue completum eſſentia. ſ. Tertio differunt quia extremum illud quod ſe hꝫ: vt potentia in prima compoſitione non eſt id quod ē: nec quod fit ꝓprie loquendo. Materia enī non fit vt dicitur. 7° metaphyſice reſpcū commēti. 27. eiuſdem autem eſt eſſe: cuius eſt fieri quum fieri ad eſſe terminetur: extra materiā vō id quod in ſcđa compoſitione ſe hꝫ vt potentia ē id quod eſt. ⁊ fit cum omnis factio ad compoſitum terminetur vt ibidem dicitur. Quarto differunt quia extremum illud quod in prima compoſitione ſe habet vt act⁹ non eſt vltima actualitas rei. ſed cauſat alium vlterioꝛeꝫ actum: forma enim hominis que eius materiam informat cauſando totum compoſituꝫ complet propꝛium receptiuum ipſius exiſtentie: ⁊ ſic cauſa cauſat que ē vlterioꝛ actus. Extremum vō illud qđ in ſecūda compoſitione ſe habet vt actus eſt vltima actualitas illius generis: poſt exn̄tiam enim ſoꝛtis nihil ſibi ſubſtantiale amplius aduenit. Quinto differunt quia extremum illud qđ in prim̄a compoſitione ſe habet vt actus eſt ita actus ꝙ tñ comparatur ad aliud vt potentia. Extremum vō illud quod in ſcđa compoſitione ſe habet vt actus eſt ita actus qđ ad nihil ipſius rei comparatur: vt potentia. Qđ patere poteſt aduertendo proportionem que eſt inter formā ⁊ exn̄tiam. Eſt enim proportio forme ad eſſe actuale ſicꝫ proportio diaphaneitatis ad lumen: forma ſiquidē recipit exiſtentiam ⁊ cauſat eam: ſicut diaphaneitas lumen Sicut nanqꝫ aer in eo ꝙ aer non eſt capax luminis. ſed opoꝛtet ipſum diaphaneitate infoꝛmari: vt propꝛium receptiuum luminis fiat: non aer nec diaphaneitas: ſꝫ aer diaphanus. ⁊ ideo eſt enim qui primo luminoſus eſt: lꝫ ſecundario tam aer qꝫ diaphaneitas lumine clareat: ita ĩ propoſito materia ſola non eſt capax exiſtentie. quia act⁹ in prima ſuſcipi debet potentia. Sed opoꝛtet in ipſa formam recipi vt propꝛium receptiuum exiſtentie fiat: non materia nec forma ſed compoſitum ex eis. Id enim qđ primo exiſtit eſt compoſitum cuius primo etiam ē fieri: tam tamen materia qꝫ forma ſecūdario actuatis illa met exiſtētia. vnde ſicut diaphaneitas eſt cauſa formalis aeri diaphano: ⁊ eius complementum formale ad hoc vt propꝛium ſuſceptiuum luminis ſit: ⁊ cum hoc comparatur ad lumen adueniens vt potentia recipiens. Licet ſecundario ad actum: ita forma eſt cauſa formalis compoſito ⁊ complementum eius formale ad hoc vt propꝛium receptiuum exiſtentie ſit. ac per hoc comparatur ad ipſam exiſtentiam ſubſequentem: vt potentia recipiens: ſecundaria tamen ad actum receptum: vnde fit vt ipſum eſſe actualis exiſtentie ad nihil aliud comparetur: vt potentia ad actum. ſed ſit vltima actualitas omnis rei etiam ipſius forme. Sexto differunt quia extremum illud qđ ĩ prima compoſitione ſe habet vt actus: ē de intellectu ſeu diffinitione rei intrinſece: forma enim ſcđm omnes intriſece in diffinitione concipitur extremum vō illud qđ in ſecunda compoſitione ſe habet vt actus eſt extra quiditatem rei: diffinitio enim non ſignificat eſſe vel non eſſe: vt dicitur primo poſterioꝛum. Septimo differunt: quia ex extremis prime compoſitionis fit vnum tertium per ſe vnum. ex extremis vō ſecunde compoſitionis non fit vnum tertium per ſe vnum neqꝫ per accidens propꝛie loquendo: ⁊ colligitur ratio huius differentie ex ſupꝛa dictis. vnum enim per ſe non fit niſi ex duobus: quoꝛum vtrunqꝫ eſt pars ſubſtantie: nulla enim ſubſtantia completa facit vnum per ſe cum quocunqꝫ alio: ⁊ quoꝛum alterum eſt pura potentia ex duobus enim actibus non fit tertium per ſe vnum ⁊ quoꝛum alterum eſt ita actus vt poſſit comparari ad aliquid aliud vt potentia. partes enim ſunt materia totius 5° metaphyſice textu cōmenti. 5. Cum autem in prima compoſitione. omnes iſte conditiones ſaluentur. In ſcđa vō nulla ſequitur ꝙ in ſecunda compoſitione non fiat vnum tertium per ſe neqꝫ etiā vnum per accidens fit. quia vnum per accidens aggregat res diuerſoꝛum generum cum his tamen ſtat ꝙ eſſētia per ſe aduuetur cum eſſe. Octauo differunt quia prima compoſitio eſt compoſitio ex his. ⁊ ideo fit ibi vnuꝫ tertium. Scđa vō eſt compoſitio cum his. Nulla enim res datur que conſtet ex eſſentia: ⁊ exiſtentia propꝛie loquendo. ſicut datur res conſtans ex materia ⁊ forma. ſꝫ eſſentia ꝯponit cū exiſtentia ⁊ econuerſo: ⁊ ideo dictum eſt qui aduuatur per ſe non tamen componendo tertiuꝫ Nono differunt quia prima compoſitio ad paucioꝛa ſe extendit qꝫ ſecūda. Extrema enim prime compoſitionis non inueniuntur niſi in rebus ſenſibilibus ea namqꝫ ſola ex materia ⁊ forma conſtare ſupꝛa concluſuꝫ eſt. Extrēa vō ſecunde compoſitionis reperiuntur ⁊ in rebus ſenſibilibus ⁊ in rebus immaterialibus. habent enim intelligentie quiditatem ⁊ exiſtentiam. vnde prima compoſitio infert ſecundā ⁊ non econuerſo. omne enim compoſituꝫ ex materia ⁊ forma eſt compoſitū ex eſſentia ⁊ eſſe ſed non conuertitur. Decimo differunt quo ad paſſiōes ſuas: compoſitionem enim primaꝫ quantitas accidentia ſenſibilia ⁊ tranſmutatio ſalteꝫ localis ſequitur. Compoſitionem autem ſecundam neqꝫ generatio neqꝫ coꝛruptio neqꝫ tranſmutatio aliqua phyſica ſequitur. ſed tantuꝫ recipere ⁊ recipi per facere ⁊ per fieri. quia hec ſequūt̄ actum ⁊ potentiaꝫ: illa vō materiam ⁊ formam. In littera igitur hanc ſecundā compoſitionem in omni ente citra primum inueniri probatur. ſ. tali concluſione propoſita. Omne ens aliud a primo eſt compoſitum ex eſſe ⁊ eſſentia. Ratio talis eſt: omne habens aliquid realiter ſue quiditati coniunctum quod eſt extra eēntiaꝫ eius ē compoſitum ex quiditate ⁊ illo additamento. i. eſſentia ⁊ eſſe omne ens aliud adeo habet aliquid reale ſue quiditati realiter coniūctum extra eēntiam eius. ſ. eſſe. ergo oē ens aliud ex eo ē compoſitum ex eſſe ⁊ eſſentia maioꝛ relinquitur a ſancto Thoma pro manifeſta ⁊ eſt modificāda ita ꝙ illud additum ſit extra eſſentia rei particulariter ſūptam qđ dico ꝓpter inferius cum ſit extra eſſentiam ſuperioꝛis non tamen componit cum illo. Et etiam deſeruit ſic modificata propoſitio: quia eſſe eſt extra eēntiam ſoꝛtis non enim poneretur in eius diffinitione ſi diffiniretur. Relinquitur igitur manifeſta maioꝛ. quia duo aduunata quoꝛum neutrum eſt contrahens alterum ⁊ alterū ſe hꝫ: vt actus ⁊ alterum vt potentia nō niſi per compoſitionem realiter ſunt coniuncta. Minoꝛ autem pꝫ ex ſexta differentia ⁊ Ariſto. primo poſterioꝛū dicente ꝙ nulla diffinitio ſignificat eſſe. ¶ Seqtur textus.

¶ Niſi forte ſit aliqua res cuius quiditas ſit ſuum eſſe ⁊ hec res non poteſt eſſe niſi vna: ⁊ prima quia impoſſibile eſt ut fiat plurificatio alicuius niſi per additionem alicuius differentie ſicut multiplicatur natura generis in ſpecie uel per hoc ꝙ forma recipitur in diuerſis ma

teriis: ſicut multiplicatur natura ſpeciei in diuerſis indiuiduis: uel per hoc ꝙ unum eſt abſtractum ⁊ aliud in aliquo receptum. ſicut ſi eſſet quidam color ſeparatus eſſet alius a colore non ſeparato ex ipſa ſua ſeparatione. Si autem ponatur aliqua res que ſit eſſe tantum: ita ut ipſum eſſe ſit ſubſiſtens hoc eſſe non recipiet additionem differentie: quia iam non eſſet eſſe tm̄: ſed eſſe: ⁊ preter hoc forma aliqua ⁊ multo minus recipiet additionē materie. quia iam eſſet non ſubſiſtens ſed: materiale. Unde relinquitur ꝙ talis res que ſit ſuū eſſe non poteſt eſſe niſi una: unde oportet ꝙ ī qualibet alia re preter eam ſit aliud eſſe ſuum ⁊ aliud quiditas uel natura ſeu forma ſua. Unde in intelligentiis oportȝ ꝙ ſit eſſe preter formam: ⁊ ideo dictum eſt ꝙ intelligentia eſt forma ⁊ eſſe.

¶ Hic ponitur ſcd̄a ratio ad idem que inducitur ꝑ modum excluſionis tacite reſponſionis. quia aliquis poſſet dicere ad rationem factam ꝙ aliqua res eſt cuius quiditas eſt ſuum eſſe ⁊ illius diffinitio non abſtrahit ab exiſtere. Contra hoc inquātum inducitur ſcd̄a ratio probans ꝙ in vno ſolo ente. ſ. primo eſſentia eſt idem ꝙ exiſtentia ⁊ conſequenter in quolibet alio eſſe ⁊ eſſentia diſtinguuntur realiter. ratiocinatur ergo ſic. Omne plurificabile ſeu plurificatum. altero trium modorum multiplicatˀ vel per additionē differentie formalis: vel per receptionem vtriuſqȝ in materia vel per receptionem vnius in materia ⁊ alterius ſeparationem. Sed quiditas que eſt ſuum exiſtere nullo iſtorum modorum eſt multiplicabilis. ergo quiditas que eſt ſuum eſſe nec plurificabilis nec plurificata eſt. ergo eſt vna tantū. ⁊ ſic omne aliud ab ea non eſt ſua exiſtentia proceſſus clarus. Maior vero declaratur quoniam cum pluralitas ſequatur diuiſionem diuiſio alicuius fit per differētias formales: ſic natura generica animalis multiplicatur in homine ⁊ leone per differentias indiuiduales ſicut natura ſpecifica multiplicatur in ſorte ⁊ platone ꝓpter hoc ꝙ humanitas ſortis eſt in alia materia ſignata ab illa in qua eſt humanitas platonis Uel tertio modo poteſt imaginari diuiſio inter aliq̄ duo eiuſdem nature ꝓpter hoc ꝙ alterum eſt omnino ſeparatum a materialibus conditionibus alterum v° concretum eſt illis ſicut homo ſeparatus apud platonem: Diſtinguitur ab hoc homine particulariter propter hoc ꝙ homo ſeparatus eſt immaterialis: natura vero ſor. eſt recepta in hac materia nec apparebit diſcurrenti per oīa predicamenta aliquis alius modus realis multiplicationis in vniuerſo: nec aliquis mihi obijciat ꝙ quantitas ⁊ ſubſtantia diſtinguuntur realiter: ⁊ tamen non per differentias formales: nec etiam quoniam ſiue modis ſiue differentijs fiat diuiſio non refert dum modo contrahēs ad aliquam limitatam naturam trahat. Contractum minor autem declaratur quo ad omnes eius particulas: et primo ꝙ non ſit multiplicabilis per modum generis pȝ ex eo ꝙ genus recipit additionem differentie per quam trahitur natura generis ad determinatam naturam ſpecificam: ⁊ ſic perdit genus puritatem propriam: animal enim contractum ad humanam ſpeciem non eſt purum aīal. ſed aīāl humanuȝ. quiditas vero que eſt ſua exiſtentia eſt ipm̄ eē purum ⁊ non coartatuȝ. ſtatim enim ꝙ cōtraheretur perderet puritatem ⁊ eſſent ibi duo eſſe. ſ. ⁊ quiditas ad quā contractū eſſet. Scd̄a pars minoris clarius patet ꝙ enim recipitur in alio non eſt eē purum ⁊ ꝑ ſe ſubſiſtens: ſed ſubſtentatur in alio. quiditas autē que eſt ſuum eſſe eſt purum ⁊ conſequenter per ſe ſubſiſtēs ⁊ non alteri admixta a quo ſubſtentetur. per idē quoqȝ pȝ. tertia pars minoris ſi enim vna quiditas que eſt ſuū eſſe eſt ſeparata: altera que eſt recepta ex hoc ꝙ eſt recepta non poterit eſſe eadem ſue exiſtentie: vt enim dictū eſt eſſe receptum non eſt eſſe idem quiditati: ⁊ ſic concluditur ꝙ quiditas que eſt ſuum eſſe eſt vna tantum que ē ipſa prima cauſa omnium ac per hoc cetera hn̄t eē diſtinctum a ſuis eſſentijs. ¶ Sequitur textus.

Omne autem quod conuenit alicui uel ē cātū ex principiis nature ſue ſicut riſibile in homie uel aduenit ab aliquo principio extrinſeco ſicut lumen in aere ex influentia ſolis: non autē poteſt eſſe ꝙ ipm̄ ſit cauſatum ab ipſa forma uel q̄ditate rei dico ſicut a cauſa efficiente: quia ſic aliqua res eſſȝ cauſa ſui ipſius: ⁊ aliqua res ſe ipſam in eſſe produceret: qđ eſt impoſſibile ergo oportet ꝙ omnis talis res cuius eſſe eſt aliud a natura ſua ꝙ habeat eſſe ab alio.

¶ In hac parte quarta huius capituli declaratur intelligentias habere eſſe a deo effectiue: in quo omnino idem eſt eſſe cum eſſentia primum horum in ſua vniuerſali cōcluſione hoc ſcilȝ omne aliud a prima cauſa eſt productū ab ipſa probatur ſic: omne habens eſſe diſtinctuȝ a ſua q̄ditate eſt productum effectiue a prima cauſa omne ens aliud a cā prima habet eſſe diſtinctum a ſua quiditate. ergo omne ens aliud a prima ē effectiue productum a prīa cauſa minor ſupponitur ex dictis ⁊ dicendis. Maior ꝓbatur ſic: omne illud cui conuenit aliquid diſtinctuȝ a ſua quiditate ita ſe habet ꝙ vel ipſum eſt cauſa effectiua illiˀ aut habet illud ab alio effectiue. non eniȝ poteſt imaginari tertium riſibilitas ⁊ albedo ⁊ quicquid aliud conuenit homini aut cauſatur ab ipſo homine effectiue aut ab aliquo alio quod non ē hominis quiditas: ſed impoſſibile ē vt alquod ens efficiat ſuam propriam exiſtentiam: vt dicitur ſcd̄o de anima textu commenti. 47. ergo oportȝ ꝙ illam habeat ab alio effectiue ꝙ autem ſit impoſſibile vt aliquid ens efficiat ſuam propriam exiſtentiam pȝ ex eo ꝙ ſequeretur ꝙ illud eſſet anteq̄ eēt: ex eo enim ꝙ efficeret eēt omne enim efficiens exiſtit. 3° phyſicorum textu cōmenti. 17. ex eo v° ꝙ ſuum proprium eē cauſaret ſuum exiſtere eius cauſalitatē ſequeretur: ⁊ ſic eēt anteq̄ eſſet. Sequitur textus.

¶ Et quia omne qđ eſt per aliđ reducitur ad id qđ eſt per ſe ſicut ad cauſam primam. ideo oportet ꝙ ſit aliqua res que ſit cauſa eſſendi omnibus rebus eo ꝙ ipſa eſt eſſe tamen alias iretur in infinitum in cauſis cum omnis res q̄ non eſt eſſe: tamen habeat cauſam ſui eſſe: ut dictum eſt: patet ergo ꝙ intelligētia eſt forma ⁊ eſſe ⁊ qđ eſſe habet a primo eſſe qđ eſt eſſe tantū ⁊ hoc eſt prima cā q̄ deˀ eſt.

¶ Hic declaratur ſcd̄m propoſitorum hec concluſio. ſ. eſſentia prime cauſe eſt ſuum exiſtere tali ratione omne qđ eſt per aliud tale predicetur ab eo quod ē per ſe tale omne ens aliud a prima cauſa ē per aliud tale. ideſt ens. ergo preceditur ab eo qđ ē per ſe ens quod autem ē ex ſe ens cauſa eſt omnibus vt entia ſint. vt dicitur 2° metaphyſice textu cōmenti. 4. prima ergo cauſa eſt ex ſe ens ſeu per ſe ens ⁊ conſequenter ſua quiditas ē ipſum eſſe aliter nō eēt per ſe: ſed per aliud a ſua quiditate ens ⁊ cōſequenter dependeret ab alio: vt ante poſita ratione deductum ē. Maior propoſitio ⁊ ſi habeatur 2° phyſicorū textu commenti. 66. ⁊ 8. textu cōmēti. 39. tamen in littera ꝓbatur ex eo ꝙ aliter ſequeretur proceſſus in infinitū in cauſis ſi enim non eſſet deuenire ad vnum ꝑ ſe tale. ſȝ omnia eſſent ꝑ aliud talia: qua ratione aū vnuȝ eſt aliud

eadem ratiōe ante illud erit aliud ⁊ ſic in infinitum. Mi
nor vō eſt cōcluſio precedentis ratiōis. Circa hanc ptē.
Qō pᵃ ¶ Dubitatur: an itelligentie effectiue ſint ꝓducte a deo
⁊ pro parte quidem negatiua arguitur ſic: omne agens
pᵒ aliquid agit illud per motum: nulla cauſa ſubſtantiarum
īmmaterialium agit eas per motum. ergo nulla cauſa ea
rum eſt agens eas. Maior eſt Ariſtotelis primo de ge/
neratione textu commenti. 45. Et confirmatur q: apud
Ariſtotelem. 12. metaphyſice textu commenti. 12. Oīs ꝓ
ductio exigit tria a quo ex quo ⁊ ad quod que in ſubſtan
tijs īmaterialibus ſaluari non poſſunt. Preterea primo
phyſicorum textu cōmenti. 33. cōmunis conceptio phi/
loſophorum eſt: ꝙ ex nihilo nihil fit. ſed ſi intelligentie ſunt
effectiue a deo ſunt ex nihilo ⁊c. Preterea 4ᵒ celi ꝯmē/
to primo. nullum eternū inquit Auerois habet efficiens
vere niſi per modum forme ⁊ finis: ſimiliter. 12. meta/
phyſice cōmento. 44. reprehendit modernorum morē
2ᵒ dicens ꝙ in ſeparatis a materia non eſt vere agere. Pre
terea nullum poſſibile ex ſe eſt neceſſarium ex alio apud
cōmentatorē. 12. metaphyſice ꝯmenti. 41. niſi motus:
ſed intelligentie ſi ſunt effectiue a deo ſunt poſſibiles ex
ſe. ergo nō ſunt neceſſarie ex alio. ergo corruptibiles. In
hac dubitatione quoniam noſtra etate in hoc Patauino
ſtudio non vertitur in dubium: an ita ſit ꝙ deus creaue/
rit intelligentias. ſed an hoc ſit ſcđm mentem Ariſtote/
lis ⁊ commentatoris. ideo breuiter ⁊ incidenter perſua/
dere volumus ꝙ omnes intelligentie ſunt a deo effecti/
ue ſcđm ꝯmentatorem: ⁊ conſequenter Ariſtotelē. oēs
enim admittunt in hac re conſequentiam iſtam. Deinde
quoniam multi in hac re querunt modum quo apud cō
mentatorem productio iſta fit. Declarabitur ⁊ modus
productionis primum declaratur ſic. id quod eſt maxi/
me ens ⁊ verum eſt cauſa entitatis ⁊ veritatis in ceteris
ſcđo metaphyſice textu cōmenti quarti. Deus ē maxie
ens ⁊ verum. ergo deus eſt cauſa entitatis in ceteris. Si
dicatur ꝙ eſt cauſa finalis ⁊ non effectiua. Cōtra. 12. me
taphyſice cōmētis 36. ⁊. 44. quelibet res ſeparata a ma
teria cuiuſcunqȝ eſt principium finale eſt principium effi
ciens ergo. Si deus eſt principium finale intelligentiarū
erit ⁊ principium efficiens earum. Dicetur forte ꝙ com
mentator non ponit illam propoſitionem vniuerſaliter ſi
cut aſſumpta eſt ſed indefinitā. Contra ꝯmentator ex ſe/
paratione a materia ſeu ex īmaterialitate rei ponit cauſali
tatem effectiuam comitari cauſalitatem finalem reſpectu
eiuſdem effectus. vt patet ibi. ergo vbicunqȝ reperitur ī
materialitas cum cauſalitate finali reſpectu alicuius opor
tet etiam reperiri cauſalitatem effectiuam reſpectu eiuſ/
dem: confirmatur ex verbis cōmentatoris in de ſubſtan
tia orbis capitulo ſcđo. vbi expreſſe dicit celum egere in/
telligentia non ſolum mouente: ſed largiente in ſua ſub/
ſtantia permanentiam eternam: par autem eſt ratio de ī
telligentijs ꝙ ſi dicatur ꝙ loquitur de cauſa finali ⁊ for/
mali exemplari. Replica facta eſt ⁊ adde ꝙ ibi dicit cō/
mentator ꝙ finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria
⁊ ſunt verba valde notanda. Confirmatur adhuc. quia
Auerois in. 12. metaphᶜ ⁊ nūc nunc declarabitur non ſo/
lum ponit ipſas produci ſecūdum modum quo a prima
cauſa omnes producuntur aſſignat. Modus autem pro
ductionis ab ipſomet ponitur. 4ᵒ ꝯmento. 12. metaphy
ſice: vbi reprehendit Auicenam non quia ponebat intelli
gentias produci a deo. ſed quia ponebat ꝙ deus cauſa/
ret res per modum nature. ſ. ꝙ ab vno vnum tantū ꝓ
cedat. poſuit enī Auicena deum glorioſū qui pura actu
alitas eſt intelligendo ſe produceret primam intelligen/
tiam que producta intelligendo deum producebat. Se/
cundam intelligentiam intelligēdo autem ſe ſecundū id
quod habet de actualitate producebat animam primi
orbis intelligendo autem ſe ſecundum id quod habet đ
potentialitate producebat orbem primum ⁊ ſimiliter. ſe
cūda intelligentia faciebat vſqȝ ad vltimam: que preſidet
ſpere actiuorum ⁊ paſſiuorum. reprehenditur ergo Aui
cena de hoc ꝙ vnum tantū produceretur a deo imme
diate dicebat. vnde dicit non enī eſt illic peruentus: neqȝ
conſecutio neqȝ actio. ita ꝙ dicamus ꝙ vna actio ſequi/
tur vnum agentem vbi apparet ꝙ propterea appoſuit
ly ita ꝙ vna actio vt declararet modum productiōis ſeu
impugnare. vnde ⁊ vere productionis modum ſubiun/
git in verbis ſequentibus dicens tantum enim. eſt illic cā
⁊ cauſatum ſecundum ꝙ dicimus intellectum eſt cauſa
intelligentis: vbi ſcito ex alberto. 12. metaphyſice ꝙ com
templatio intelligentiarum. ſi veritatem inuenire queris
in eas vt operatiuas non ſpeculatas tendat: ſunt enim eſ
ſentialiter opifices: vt earum inſtrumenta corpora. ſ. ce/
leſtia pre ſe ferunt. Inter artes autem talis inuenitur ꝓ/
ceſſus ꝙ ars cōmunis ⁊ principalis ſpeciales artes ſub
ſeruientes cauſat exemplariter ⁊ effectiue partialiter ſal/
tim prout diuerſis modis ē imitabilis. Verbi gratia ars
militaris cauſat equeſtrem. Et frenefactiuam ⁊ alias
huiuſmodi: vt ſic ⁊ ſic ⁊ aliter imitabilis: omnes enim ī
feriores artifices intuendo artem principalem ⁊ cōmu/
nem ad eius imitationem formant operationes ſuas pro
portionatas illi. deus autē glorioſus eſt ars prima ⁊ cō
muniſſima imitabilis ab omnibus artibus ſpecialibus q̄
les ſunt omnes intelligentie: vnde ipſa ars diuina vt ſic
imitabilis puta per motū talem qualis eſt motus ſatur
ni cauſat artē intelligentie ſaturni: ⁊ vt alio modo imita
bilis: puta per operationes tales quales ſunt Iouis cau
ſat artem intelligentie iouis: ⁊ ſic de alijs cauſat dico non
ſolū exemplariter: ſed effectiue ⁊ totaliter: ars enī vni/
uerſalis in humanis ideo non cauſat niſi particulariter ⁊
exemplariter: artes ſpeciales quia non poteſt niſi cōcur
rente lumine intellectus agentis in alterius intellectu fie
ri. Si namqȝ ars vniuerſalis eſſet ſeparata a materia per
ſe ſubſiſtens ex ſe non prohiberetur quin poſſent artes
ſpeciales ſui imitatiuas effectiue producere. Unde cum
ars diuina ſit per ſe ſubſiſtens ⁊ ſumme efficax non req/
rit coagens. ſed ſola intelligendo ſe vt pluribus modis
imitabilem artes ſpeciales orbium motiuas tanquā pro
priorum inſtrumentorum produxit. ⁊ quia artes ille nō
ſunt recepte in aliquo oportet ꝙ ſint ſubſiſtētes: ⁊ ꝙ ſint
non ſolum forme intelligibiles ſed intelligentes. omnis
enim res immaterialis ſi eſt ſubſiſtens eſt intelligens.
Secundum doctrinam Ariſtotelis tertio de anima tex/
tu commenti. 16. vnde cum deus immediate producat
plures artes ſpeciales ſubſiſtētes ſequitur ꝙ immediate
producat plures intelligentias. ipſe ſunt eſſentialiter arteſ
⁊ ſic ibi eſt tantum cauſa ⁊ cauſatum: ſicut intellectum.
ideſt ars communis intellecta. eſt cauſa intelligentis ar/
tificis ſubſeruientis. Confirmant hunc ſēſum verba ſe/
quentia quibus ait ꝙ non eſt impoſſibile vt idem quod
eſt per ſe intelligentia ⁊ intellectum ſit cauſa pluriū en/
tium ſecundū ꝙ ex eo intelliguntur multi modi ars enī
diuina que eſt pura intelligentia ⁊ purum intellectū ſcđꝫ
ꝙ intelligitur a ſe practice pluribꝰ modis imitabilis plu/
res artes producit q̄ narum cuilibet. quia ꝙ concipit de
arte cōmuni eſt ratio operandi cum ſumat principia ſua
ab illa. iō ſubdit ꝙ aliud eſt quod concipit de p̄mo mo/
tore. Motor orbis Iouis ⁊ aliud quod concipit motor
orbis Saturni eſt cauſa in anima eius ſcilicet quod ope/
retur. Et confirmat quoqȝ hoc idem proportio inter in/
telligentias aſſignata ab ipſo commentatore: ait enim in
commento. 44. ꝙ habitudo intelligentiarum aliarum
ad primam eſt habitudo artium ſpecialium ad commu
nem. ita ꝙ ſicut artes ſpeciales perficiuntur ⁊ cauſantur
a communi in humanis ita proportionabiliter intelligen/
tie alie perficiuntur ⁊ cauſantur a prima. Ad primum in Ad p̄mū
oppoſitum dicitur ꝙ agens dupliciter ſumitur quādoqȝ
proprie pro illo ꝙ ex ſua actione infert paſſionem q̄ ma/
gis facta abijcit a ſubſtantia. ⁊ ſic ſumitur ibi ab Ariſtote
le agens ſic enim opponuntur agens ⁊ patiens. Alio/

modo pro omne ꝙ in genere cauſe efficientis cauſat: et
ſic agens communis eſt mouente: vt patet ex ſeptio me
taphyſice commento.31. Ad confirmationem primam
dicitur ꝙ ⁊ illud ⁊ ſimilia intelligenda ſunt de ꝓductiõe
phyſica. ſ. per motum ⁊ mutationem. Similiter dicitur
ad ſecundum. Ad auctoritates commentatoris adductaſ
⁊ ſimiles ſibi dicitur ꝙ loquuntur de agente proprie di-
cto ⁊ productione phyſica: vel contra poſitionem Auice
ne ꝙ vnum ab vno emanet. Ad rationem ſecundam cõ-
ceſſa maiore negatur minor. ſtat enim apud Ariſtotelez
commentatorez ⁊ ſan. Thomaz ⁊ veritatem aliquid eẽ
ab alio effectiue ⁊ tamen eſſe neceſſariuz ex ſe. Ad cuius
euidentiam notanda ſunt quattuor propoſitiones. prima
eſt. Poſſibile ex ſe eſt id quod habet in ſeipſo potentiaz
ad nõ eſſe. patet iſta ex terminis: ideo eniz aliquid eſt in
ordine poſſibilium ⁊ non ordine neceſſariorum. quia ha
bet in ſe ipſo potentiam ad non eſſe. Si enim careret po
tentia ad non eſſe impoſſibile eſſet ipſum non eſſe. ⁊ ſic
neceſſarium eſſet illud eſſe. Secunda propoſitio eſt id ſo
lum habet in ſe ipſo potentiaz ad non eſſe cuius aliquid
habet potentiam ad aliud eſſe patet iſta ex eo ꝙ nulla po
tentia per ſe primo appetit non eſſe: omnis enim appeti
tus per ſe tendit ad aliquid eſſe. ſed quia cum illo ad qđ
tendit non poteſt ſtare eſſe quod habet. ideo ex conſe-
quenti appetit non eſſe quod eſt priuatio forme quã ha-
bet. Sicut materia aque per ſe primo appetit formam
ignis. ſed quia cum forma ignis non poteſt ſimul ſtare a
que forma. ideo ex conſequenti appetit priuationem for
me aque quaz habet potentia. ergo omnis appetens nõ
eſſe prius natura appetit aliquod aliud eſſe. Notanter
autem dixi in hac propoſitione cuius aliquid habet potẽ
tiam. quoniam non totum appetit aliud eſſe ſed pars po
tentialis. non eniz tota aqua appetit eẽ ignis ſed eius ma-
teria. Tertia propoſitio eſt ꝙ neceſſarium ex ſe eſt illud
quod caret potentia ad eſſe ⁊ non eſſe. patet iſta ex termi
nis ſcilicet metaphyſice textu commenti.6. neceſſarium
enim eſt quod impoſſibile eſt aliter ſe habere: quod au-
tem caret potentia adeſſe ⁊ non eſſe impoſſibile eſt alit̃
ſe habere. omnis enim ſucceſſio dicitur ſic ad aliter ſe ha
bere fit per poſſe hoc eſſe perdere ⁊ aliud acquirere.
Quarta propoſitio eſt ꝙ nec intelligentie nec corpora ce
leſtia habent aliquid ſui quod ſit in potentia ad aliud eſſe
Illa quo ad intelligentias eſt per ſe nota quia ſunt ſimpli
ces forme: quo ad corpora celeſtia vͦ ſecundum Auero
im ſimiliter dicendum eſt quia ſunt ſubſtantie ſimplices
apud ipſuz. ſecundum aũt ſanc. Thomam ex eo eſt ve
ra ꝙ materia cuiuſqz eoruz non eſt capax niſi forme quã
habet. Ex quibus quattuor propoſitionibus ſuccincte de
claratis. patere poteſt ꝙ ſecundum veritatem intelligẽ-
tie ⁊ corpora celeſtia ſunt neceſſaria ex ſe arguendo ſic.
omne carens potentia ad eſſe ⁊ non eſſe eſt neceſſarium
ex ſe. Intelligentie ⁊ corpora celeſtia carent potentia ad
eſſe ⁊ non eſſe. ergo ⁊c̃. Cum hoc tamen ſtat ꝙ ſint effe
ctiue ab alio. poteſt eniz vnum neceſſarium eſſe effecti-
ue ab alio neceſſario. vt dicitur octauo phyſicorum tex-
tu commenti.15. ⁊.5. metaphyſice. textu commenti.6.
Unde intelligentie ⁊ corpora celeſtia dupliciter ſunt ne-
ceſſaria ⁊ ex ſe ⁊ ab alio ex ſe quidem formaliter ⁊ intrin
ſece ab alio vͦ effectiue ⁊ extrinſece. Unde cõmentator
12. metaphyſice commento. 41. dicit ꝙ non poteſt eſſe
aliquid poſſibile ex ſe: neceſſarium vero ex alio niſi mo-
tus ⁊ non dixit impoſſibile eſt aliquid eſſe. neceſſarium
eſſe ex ſe ⁊ ex alio: ⁊ cuz hoc inſpexeris fugabuntur om
nes dubitationes iter dicta eius in de ſubſtantia orbis ⁊
hic reputauit enim impoſſibile. niſi in motu aliquid eẽ ne
ceſſarium ex alio preciſe pro nunc ſufficiant.

¶ Sequitur textus.

¶ Omne autez quod recepit aliquid ab alio
eſt in potentia reſpectu illius ⁊ hoc quod rece
ptum eſt in eo eſt actus eius. ergo oportet ꝙ
ipſa forma vel quiditas que eſt intelligentia
ſit in potentia reſpectu eſſe quod a deo rece-
pit. ⁊ illud eſſe receptuz eſt per modũ actus
⁊ ita inuenitur actus ⁊ potentia in intelligen-
tiis non tamẽ forma ⁊ materia niſi equiuoce.
vnde etiam pati recipere ſubiectum eſſe: et
omnia huiuſmodi que uidentur rebus ratiõe
materie conuenire equiuoce conueniunt ſub
ſtantiis intellectualibus ⁊ corporalibus. ut in
tertio de anima cõmentator dicit.

¶ In hac quinta particula declaratur talis concluſio in-
telligentie ſunt compoſite ex actu ⁊ potentia quo eſt ⁊
quod eſt: ſic omne quod recipit aliquid ab alio effectiue
eſt compoſitum ex recipiente potentia ⁊ actu recepto.
intelligentie recipiũt aliquid ab alio ſcilicet eſſe a deo. er-
go intelligentie ſunt compoſite ex potentia ⁊ actu. Ma-
ior ex eo patet ꝙ nihil eſt in ſe ipo. Minor autem ex pre
cedentibus nota eſt ⁊ quãuis ſic ſit ꝙ i itelligentiis inue-
niatur actus ⁊ potentia non tamen habent formam ⁊
materiam. In plus enim ſe habent actus ⁊ potentia qꝫ
forma ⁊ materia: vnde pati recipere ⁊ ſubijci ⁊ ſimilia
que ſunt paſſiones materie equiuoce in inferioribus ⁊
ſuperioribus reperiuntur. alia enim eſt ratio recipiendi
ibi. ⁊ hic ibi abſqꝫ omni motu ⁊ materiali conditione.
in iſtis vero non niſi cum motu ⁊ indiuidualibus con-
ditionibus vt ⁊ commentator teſtatur tertio de anima.
commento.14°.

¶ Sequitur textus.

¶ Et quia ut dictum eſt intelligentie quiditas
eſt ipſamet intelligentia. ideo quiditas uel eſ-
ſentia eius eſt ipſum quod eſt ipſa ⁊ eſſe ſuuz
receptum a deo eſt id quo ſubſiſtit in reruz na
tura: ⁊ propter hoc a quibuſdam huiuſmodi
ſubſtantie dicuntur componi ex quo eſt: ⁊ qđ
eſt uel ex quo eſt ⁊ eſſentia ut Boetius dicit.

¶ Aſſignat rationem quare intelligentie dicuntur com-
poſite ex quo eſt ⁊ quod eſt: omne compoſitum ex qui-
ditate que eſt ipſum ſuppoſitum ⁊ eſſe eſt compoſitum
ex quo eſt ⁊ quod eſt intelligentie ſunt compoſite ex qui
ditate que eſt ipſa intelligentia ⁊ eſſe quo ſubſiſtunt. er-
go ſunt compoſite ex quo eſt ⁊ quod eſt omnia aſſum-
pta ex ꝓdictis ſũt mãifeſta. ¶ Circa ſupra dicta due du-
bitationes ſunt. prima eſt an eſſe actualis exiſtentie ⁊ eſ-
ſentia diſtinguantur realiter. Secunda eſt an intelligẽtie
ſunt compoſite ex actu ⁊ potentia. Circa primam tria agẽ Qõ. 2ª.
da ſunt primo ponetur opinio ſcoti. Secundo ponetur
opinio ſan. Thome. Tertio reſpondebitur argumentis
in oppoſitum. Quo ad primam Scotus in 3° ſententia-
rum diſtinctione. 6ª. q. prima opinatur eſſe actualis exi-
ſtentie ⁊ eſſentiam rei eẽ idem realiter. licz diſtinguantur
ex natura rei ſicut modus intrinſecus: ⁊ quiditas cuius
eſt ſicut nec albedo diſtinguit̃ a ſuo mõ itrinſeco. gradu
ſ. vt tria vel vt quatuor. Ad probanduz autem hoc licz
adduci poſſint rationes Scoti. quia tamen vnionem na Opio ſco.
ture humane cum ſuppoſito diuino concernunt decem
rationes inductas ab Antonio trombeta i quolibeto ſuo
nunc recitandas primo cenſui. primo arguit vt ipſe di-
cit contra fundamentum thome ſic manente eadem ra-
tione manet idẽ effectus. ſed tota quare ponitur ab iſtis
eſſentiam differre ab eſſe propter indifferentiam eſſen-

tie ad ēē ⁊ non ēē. nam vt dicunt lapis eſt in potentia vt ſit ⁊ non ſit. ergo vbi talis in differentia inuenit̄ ibi ponēda ē talis diſtinctio. ſed ita ē quod ī ē ꝯſimilis in differētia eſſe ad eſſe ⁊ non eſſe. eſſe enim roſe in hyeme non eſt in vere autem eſt. Conſimilis etiam in differentia eſt eſſentie ad eſſentiam ⁊ non eſſentiaꝫ. eſſentia nāqꝫ creature ab eterno non eſt: ergo eſſe differt realiter ab eſſe ⁊ eſſentia differt ab eēntia quod eſt ridiculum. ¶ Preterea quandocunqꝫ ſunt aliqua duo eſſentialiter ordinata ⁊ realiter diſtincta. Prius poteſt ſine contradictione fieri abſqꝫ poſteriori. ſed eſſentia non poteſt fieri ſine exiſtentia. ergo minor patet. quia eſſentia particularis que ſola ſit neceſſario eſt exiſtens. ¶ Preterea quecunqꝫ diſtinguuntur realiter ſe habent: ſicut res ⁊ res. ſed eſſentia ⁊ exiſtentia non ſe habent: ſicut res ⁊ res: ergo ⁊c. Patet illa quia res proprie loquendo conuertitur cum ente in actu actualitate exiſtentie. ¶ Preterea nulla res componit cum ſua realitate. ergo nulla quiditas differt realiter a ſua exiſtentia tenet conſequentia. quia exiſtentia eſt ipſa realitas rei. nihil enim aliud eſt dicere rem ēē realiter q̄ꝫ exiſtere: ⁊ econuerſo. antecedens autem eſt de ſe notum. ridiculum eſt enim dicere ꝙ aliquid componat cum ſua realitate. ¶ Preterea homo verus non componit cum ſua veritate: nec homo affirmatus cum ſua affirmatione: ergo quiditas non componit cum ſua exiſtentia. conſequentia patet ex eo ꝙ rei exiſtentia nihil aliud eſt q̄ꝫ poſitio veritatis: ⁊ affirmatio eius. Antecedentis autem oppoſitum non videtur bene intelligibile. ¶ Preterea exiſtentia ⁊ eſſentia habent idem contradictorium: ergo non diſtinguuntur. conſequentia eſt nota. antecedens vō manifeſtatur ex eo ꝙ nihil eſt quod priuet eſſe quin priuet eſſentia. nec eſt aliud nihil priuans ēē ⁊ aliud nihil priuans eſſentia. ¶ Preterea homo in potentia non componit cum homine in actu: ergo eſſentia ⁊ exiſtentia non componunt. ⁊ conſequenter non realiter diſtinguuntur. conſequentia relinquitur per ſe nota: quia eſſentia eſt in potentia. exiſtentia vero eſt actualitas eius. antecedens vero patet ex eo ꝙ actus ⁊ potentia diuidunt ens. vt conditio diminuens ⁊ perficiens ſicut verum ⁊ pictum diuidunt animal. vt commentator dicit nono metaphyſice. commento ſeptimo. homo ergo in potentia cum non ſit homo ſimpliciter cum ſit homo in actu ſolam conditionem diſtrahentem perdit poſitum ſub conditione perficiente. ⁊ ſic nullam compoſitionem habet cum homine in actu. Preterea eſſe exiſtentie ſi eſt diſtinctum realiter a quiditate non eſt ſubſtantia: nec accidens. ergo probatur antecedens. ꝙ eniꝫ non ſit accidens vt conceſſum ponatur. ꝙ autem non ſit ſubſtantia probatur: quia aut eſt materia: aut forma: aut compoſitum nullum illorum eſt apud Thomaꝫ: ergo. ¶ Preterea exiſtentia ⁊ eſſentia diſtinguūtur realiter: ergo in qualibet generatione ſubſtantiali ſunt duo termini totales. ⁊ duo termini formales. conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊c. conſequentia probatur quo ad vtrāqꝫ partem ſupponendo duo. Primum eſt ꝙ compoſitum per ſe vnum ſit ex per ſe actu: ⁊ per ſe potentia ex octauo metaphyſice. vbi nullam cauſam nouit Ariſtotiles quare compoſitum ſubſtantiale eſt per ſe vnum niſi quia materia eſt per ſe potentia. forma vero per ſe actus. ſecūdo ſupponit̄ ꝙ eſſentia eſt per ſe potentia. exiſtentia vero per ſe actus. Ex quibus concluditur ꝙ id quod reſultat ex eſſe. ⁊ eſſentia eſt per ſe vnum quo dato ſequitur ꝙ erunt duo compoſita per ſe vnitatem habentia quorum alterum erit compoſitum ex materia ⁊ forma: alterum ex eſſe ⁊ eſſentia. ⁊ cum vnumquodqꝫ per ſe vnum natum ſit terminare generationem: ergo in generatione erunt duo termini totales. ⁊ ſic patet prima pars: erunt etiam duo termini formales ſcilicet exiſtentia. ⁊ forma ſubſtantialis: quod etiam probatur ſic terminus formalis generationis eſt id quo aliquid generatur. ſed tam exiſtentia q̄ꝫ forma eſt id quo aliquid generatur. ergo probatur minor ſic eo modo quo aliquid eſt ratio eſſendi eſt ratio generandi. ſed exiſtentia eſt ratio eſſendi. ergo eſt ratio generandi. Vel formetur ſic ratio eo modo quo aliquid generatur eo modo eſt. ſꝫ per te ipſum compoſitum non generatur per eſſe ſic ꝙ eſſe ſit terminus generationis: ergo non habebit eſſe per ipſum eſſe. conſequens eſt falſum: ergo altera premiſſarum nō maior: ergo minor. ¶ Preterea ex exiſtentia ⁊ eſſentia ſit per ſe vnum. ergo datur proceſſus in infinitum in eſſentijs. conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊c. Antecedens etiam patet ex precedenti ratione ⁊ probatur ſic. Nam ſicut ex materia ⁊ forma reſultat tertium per ſe vnum: quia illa eſt per ſe potentia hec per ſe actus. ita ex exiſtentia ⁊ eſſentia cum etiaꝫ exiſtentia ſit per ſe actus. ⁊ eſſentia per ſe potentia. eadem eniꝫ ratio eſt. conſequentia autem probatur: quia ſi ex eſſe ⁊ eſſentia ſit tertium per ſe vnum cum illud iterum diſtinguatur a ſua exiſtentia componet cū ea. ⁊ ex eis fiet aliquod per ſe vnum. iterum arguitur eodem modo de illo. ⁊ ſic in infinitum. Hec de primo.

¶ Quo ad ſecunduꝫ opinio ſancti Thome ab eo poſita in ſecundo contra gentiles. capitulo. 52. eſt ꝙ in omni creatura quiditas ⁊ eius eſſe actualis exiſtentie diſtinguuntur realiter. ⁊ licet hec concluſio nunc in textu probata ſit. attamen ad pleniorē declarationem adducā duas probationes ex ſancto Thoma ibi prima eſt omnis eſſentia creata habet aliquid ſibi realiter cōiunctum preter ſuum eſſe nullum eſſe inreceptum habet aliquid ſibi annexum preter ſe. ergo nullum eſſe irreceptum eſt eſſentia creature ⁊ conſequenter eſſe ⁊ eſſentia non ſunt idem. eſſet enim ipſum ēē irreceptum ſi eſſet idem eſſentie ſicut. ⁊ ipſa eſſentia irrecepta eſt de ſubſtantijs loquendo: maior eſt nota per ſe ſor. enim preter ſuum eſſe habet quantitatem albedineꝫ ⁊ ſimilia: ſimiliter ſubſtantie ſeparate vt nunc ſupponimus habent aliquod accidens puta actum intelligendi ſaltem. Minor vero declaratur ex eo ꝙ ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis negatio erit cauſa negationis. ſed de preciſa cauſā quare eſſe habeat aliquid preter ſe annexum eſt: quia eſſe eſt receptum in alio in quo poteſt recipi aliud quod patet ex hoc ꝙ eſſe ſubſtantiale ſor. ⁊ ēē album eiuſdem nulla alia ratione adunantur niſi q: vtrūqꝫ recipitur in ſor. ſunt enim tantum vnum ſubiecto cuꝫ ergo eſſe non erit receptum non remanebit aliquis modus quo poteſt habere aliquid ſibi annexum. Confirmatur hoc: quia eſſe ſubſtantiale ſortis: aut adunatur cū alijs preter ſe identice. ⁊ hoc eſt manifeſte falſum. eſſe enim ſubſtantiale ſor. non eſt eſſe album. aut ſicut potentia ⁊ actus. ita ꝙ eſſe ſubſtantiale ſit potentia ⁊ accidentale actus eius. ⁊ hoc non: quia nullum eſſe actualis exiſtentie poteſt poni ſubiectum alterius cum ſit vltima actualitas. remanet igitur ꝙ ea ratione adunetur: quia ambo recipiuntur in tertio. ⁊ ideo ſublato hoc ab ipſo eſſe actualis exiſtentie ꝙ ſit ſcilicet receptum aufertur etiam ꝙ poſſit habere aliquid ſibi annexum. ⁊ hoc eſt ꝙ Boetius dicit in ebdomadibus ꝙ ipſum quod eſt aliquid habet ſibi preter ſe coniunctum. ipſum vero eſſe nihil. Secunda ratio ad idem eſt. Omne eſſe irreceptum eſt infinitum ſimpliciter nullum eſſe creature eſt infinitum ſimpliciter. ergo nullum eſſe creature eſt eſſe irreceptum: ergo diſtinguitur ab eēntia ⁊c. minor eſt per ſe nota maior probatur ſic. omne puruꝫ eſſe eſt infinitū ſimpliciter. omne eſſe irreceptum eſt purum eſſe. ergo omne eſſe irreceptum eſt infinitū. ſimpliciter maior eſt nota ex terminis. eſſe enim ideo eſt limitatū: quia nō eſt purū. ſꝫ in p̄dicamentis mixtū. eſſe eniꝫ limitat̄ p̱ naturas p̄dicamē

Opi. s. T.

tales a quibus ſi depuretur omni finitate carens infini/
tum omnino reſtabit. minor vͦ etiam patet ex precedē/
ti ratione. ⁊ ex ratione facta ſupra in textu. ⁊ adhuc exē/
plariter declaratur albedo ſi ponatur non recepta in ali/
quo eſt pura albedo. ⁊ nihil haberet niſi ſe tantū. ⁊ eēt
infinita in ſpecie albedinis vt de ſe clarum eſt. non enim
poteſt a ſano intellectu imaginari albedo ſeparata defini
ta ad aliquem modum albedinis. omne enim quod eſt
per ſe tale habet omnem perfectionem poſſibilē illi na
ture. Sic homo ſeparatus apud platonē habet omnem
pfectionē poſſibilē nature humane. nec valet id qd̄ An/
Scotus. tonius trombeta ꝯtra hoc dicit ſumptū ex Scoto 2° ſen.
diſtin. 3ª. q. vltima. ꝙ ſi albedo eſſet ſeparata. ⁊ haberet
omnem perfectionem poſſibilē tali ſpeciei ſequetur ꝙ
albedo eſſet infinita ſimpliciter. quia haberet perfectio/
nem infinitorum indiuiduorum poſſibilium eſſe ſub ſpe
cie albedinis hoc inquam nihil valet quoniam ſicut infi/
nita indiuidua albedinis etiā ſimul poſita non ſunt per/
fectionis infinite ſimpliciter cum ſint limitata ad ſpeciem
albedinis. ita nec albedo ſeparata eoꝝ perfectiones ha
bens erit infinita ſimpliciter. ſed in tali ſpecie. Tertia ra/
tio eſt iſta. id quod conuenit nature ſpecifice abſq; omni
cauſa effectiua diſtinguitur realiter ab eo quod conuenit
illi non niſi per aliquam cauſam effectiuā. ſed predicata
quiditatiua cōueniunt rei abſq; omni cauſa effectiua. exi
ſtentia autē non conuenit res niſi per aliquod efficiens.
ergo predicata quiditatiua ⁊ exiſtentia rei diſtinguuntur
realiter. maior eſt per ſe nota. minor autē quo ad ſecun/
dam partem eſt clariſſima. quo ad primam vͦ declara/
tur ſic ſecluſa omni cauſalitate effectiua reſpectu roſe. q̄/
ro an illa ſit vera roſa eſt ſubſtantia corporea ſi ſic habeo
intentū. ſi non ergo roſa abſolute ſumpta non eſt in pre/
dicamento. ⁊ predicata primi modi poſſunt intelligi non
ad eē rei. ⁊ diffinitio ſeparatur a diffinito: que omnia nō
ſunt imaginabilia ⁊c̄. Videtur etiam hec opinio ab anti/
qs deriuata ꝑ Platone ſcilicet Alpharabio: Auicena: Al/
gazele: Boetio: Hilario: Alberto: ⁊ eoꝝ ſequacibus
lȝ ab Ariſtotile nihil manifeſti in hac re habeamus. Hec
de ſecundo. ¶ Quo ad tertium reſpondetur argumen/
tis in oppoſitum. ⁊ ad primū dicitur premittendo quod
arguens non vidit ſanctum Thomam in fonte. vt enim
apparet ex ſecundo contra gentiles: vbi ex intentione ſe/
ptem rationibus fundat ſuam opinionem ſeu poſitionē
non aſſumpta ab arguēte nō nominatur inter illas. vnde
peccauit imponendo nobis hoc eſſe totum fundamen/
tum poſitionis noſtre. ⁊ nec eſt mirum ſi in hoc errauit
quoniam in omnibus que contra nos tenet ſe extendit ſi
cut mus ſuper farinā: licet illa ratio ex dictis ſancti Tho
me primo ſententiaꝝ. diſtinctione octaua. queſtione quar
ta. articulo ſecundo elici poſſit. vbi tamen de hac re non
tractat. ⁊ eſt formanda ſic ratio illa eſſentia particulariter
ſumpta eſt indifferens ad eſſe. ⁊ non eſſe. ergo diſtingui
tur realiter a ſuo eſſe nec valet reſponſio ſua dicens ꝙ in
antecedente oportet addere ꝙ eſſentia habeat propriam
realitatem aliam a realitate exiſtentie: quia hoc eſt volū/
tarium. diſtinctio enim realis eſt inter materiā ⁊ formā
quas philoſophi non dubitant habere eandem realita/
tem exiſtentie cū ex eis ponant vnum per ſe fieri. ¶ Ad
argumentum ergo contra hanc rationem factū dicitur
ꝙ falſū eſt ꝙ eſſe ſit indifferens ad eē ⁊ non eſſe. ⁊ eēn/
tia ad eſſentiam ⁊ non eſſentiam. nihil enim eſt indiffe/
rens ad aliqua duo quorum alterum ſibi determinat in
ſua diffinitione. conſtat autem ꝙ eſſe eſt de intellectu eē
⁊ eſſentia de intellectu eēntie. ꝙ autem eſſe roſe in hye/
me non ſit. ſed in vere hoc eſt ideo quia eſſentia roſe cui
ſemper ſua predicata quiditatiua adſunt ad actū eſſendi
non peruenit. ⁊ non ideo quia ipſum eſſe ſit indifferens:
cum autem addit ꝙ eſſentia eſt indifferens ad eēntiam.
⁊ non eēntiam: quia non eſt ab eterno. non videtur intel
ligere vocem propriam. ex negatione enim actus eēndi
ab eterno bene ſequitur ꝙ roſa ſit indifferens ad eſſe. ⁊
non eſſe: ſed non ꝙ ſit indifferens ad roſam ⁊ nō roſam.
vt enī dicunt Alpharabius: Auicena: Algazel: ⁊ Alber/
tus: ſiue roſa ſit ſiue non ſit. ſemper eſt roſa ⁊ ſemper eſt
ſubſtantia corporea ⁊c̄. Si aliquo termino menſuretur
in his vti licet. ¶ Ad ſecundum negatur vtraq; premiſ/
ſa ⁊ maior quidē ſuppoſita oſtenſa eſt eē falſa. Minor
vͦ oſtenditur in Chriſto in quo humanitas abſq; creata
exiſtentia actuali eſt. ¶ Ad tertium negatur maior ad in
tellectum arguentis. non enim requiritur ad diſtinctio/
nem realem ꝙ vtrūq; verum habeat propriam exiſten
tiam. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ ſicut eſſe. eſt duplex ſci/
licet exiſtentie ⁊ eſſentie. ita duplex eſt realitas eſſentie ⁊
exiſtentie. ⁊ lȝ nulla res componat cū ſua realitate eſſen
tie: tamen cum hoc ſtat ꝙ componat cum realitate exi/
ſtentie. vnde eſſentia hominis abſolute in reali predica/
mento ſubſtantie ſcilicet reponitur. poſita autem in rerū
natura ſit realis realitate exiſtentie. ¶ Ad quintum dici/
tur eodem modo: quia etiam verum conuertitur cum
ente ⁊ re. vnde ſimiliter homo dupliciter eſt verus ſcili
cet veritate eēntie ⁊ exiſtentie. homo verus veritate eēn
tie non componit cum tali veritate que nihil aliud eſt q̄
fundamentalis cōformitas ad ſua predicata quiditatiua.
componit autem cum ſua veritate exiſtentie: ideſt cū eē
quod fundat hanc veritatem homo eſt. ſimiliter dicitur
de affirmatione. ¶ Ad ſextum negatur antecedens cu/
ius probationis vtriq; aſſumptum eſt falſum. Cū enī
quot modis vnum oppoſitorum dicitur. dicatur ⁊ reli/
quum in primo topicorum. ſicut ens dupliciter dicit̄ ſci/
licet ens quiditatiuum ⁊ exiſtentie. ita non ens ſeu nihil
dicitur dupliciter ſcilicet nihil quiditatiue ⁊ nihil exiſten/
tie. homo enim abſolute ſumptus cum ſit in predicamē
to ſubſtantie eſt ens quiditatiue nō tamen extra nihil op
poſitum actuali exiſtentie. ⁊ ideo aliud eſt nihil oppoſi/
tum enti predicamentali ſeu eſſentie. ⁊ aliud quod oppo
nitur exiſtentie actuali ⁊c̄. Et ſimiliter alia eſt negatio eēn
tie. ⁊ alia eſt negatio exiſtentie. ¶ Ad ſeptimū negatur
conſequentia. non enim idem eſt dicere homo in poten/
tia componit cum homine in actu: ⁊ eēntia componit cū
exiſtentia. prima enim eſt falſa: quia idem non compo/
nit cum ſeipſo. Secunda autem eſt vera: quia extrema
realiter diſtinguuntur. vnde nō eſt eadem proportio exi
ſtentie ad eſſentiam. ⁊ hominis in actu ad hominem in
potentia. inter prima enī eſt proportio potentie recepti
ue ad actum. ⁊ diſtinctio realis vtroq; extremo poſito
extra cauſas ſuas. inter ſecunda vͦ non. ſed eſt propor/
tio eiuſdem ad ſeipſum ſm̄ diuerſas ſui diſpoſitiones ſi
mul impoſſibiles ſcilicet eſſe in potentia ⁊ eſſe in actu.
¶ Ad octauum negatur antecedens. exiſtentia enī ſub
ſtantie eſt ſubſtantia. ⁊ exiſtentia accidentis eſt accidens
⁊ vt ſupra patet exiſtentia ſubſtantie non eſt materia nec
forma: nec compoſitum. ſed actualitas omnium eoꝝ.
⁊ ſic eſt reductiue in genere ſubſtantie. Sed ꝯ hoc inſtat
arguens ſic: omne quod eſt reductiue in genere reponi Inſtantia
tur vt principium ipſius. ſed eſſe non eſt principiū ſub/
ſtantie. ergo non eſt in genere ſubſtantie reductiue. Ad
hoc dicitur ꝙ cū eſſe ſit vltima actualitas rei. ⁊ vltimū
in generatione ſit primum in intentione eſſe erit in gene/
ratione ſubſtantie vt principium formale vltimatū ip/
ſius ſubſtantie. per hoc enī res reponit̄ in genere ſub/
ſtantie: quia eſt capax eſſe ſubſtantialis. ⁊ enim differen
tie in omnibus generibus. vt infra declarabitur ſumun
tur ab ordine apud ipſum eſſe. ¶ Ad nonum negatur
conſequentia ad cuius probationem dicitur ꝙ primum
ſuppoſitum male intellectum adducitur eo ꝙ Ariſtoti/
les. 8°. metaphyſice. textu cōmenti. 15. quem arguens
adducit non dicit ꝙ ex per ſe potentia. ⁊ per ſe actu re/
ſultet vnum tertium. ſed ꝙ ideo res habens partes eſt
vna: quia altera eſt actus. altera vͦ potentia ⁊ intelligen
dum eſt. ſicut ſupra declaratum fuit. ſ. ꝙ altera pars eſt

pura potentia eo ꝙ ex duobus actibus non fit tertium per ſe vnum modo quiditas rei. ⁊ exiſtentia eius non ſe habent ſicut pura potentia ⁊ actus vt patet. vnde auctoritas illa non eſt ad propoſitum. Relinquitur ergo falſum eſſe ꝙ ex eſſe ⁊ eſſentia fiat tertium per ſe vnum ⁊ conſequenter probatio conſequentie quo ad primã partem nihil valet. quia nõ ſunt ibi duo compoſita. Ad probationem vͦ conſequentie quo ad ſecundam parteʒ dicitur ꝙ non inconuenit generationem habere duos terminos. primus eſt forma. ſecundarius autem eſſe ſicut per oppoſitum creationis terminus formalis. Primo eſt eſſe. ſecundarius vͦ forma. ⁊ hocmodo conceduntur argumenta: ꝙ ſi intendat probare ꝙ eſſe ſit terminus generationis. Primo reſpondetur ⁊ dicitur ꝙ id quod aſſumit ſcilʒ eo quo aliquid eſt ratio eſſendi eſt ratio generandi falſum eſt. licet enim ſit veruʒ ꝙ id quod eſt ratio eſſendi ſit ratio rei ꝙ generetur. non tamen eſt verum ꝙ eomodo quo eſt ratio eſſendi. ſit ratio generandi. ⁊ ratio eſt quia res per generationem non exit de non eſſe omnino ad eſſe. ſed de priuatione ad formaʒ vt dicitur primo phyſicorum. creationis enim eſt propriuʒ vt res transferat de nõ eſſe omnino ad eſſe: quo ſit vt eẽ quod eſt. primo ratio eſſendi merito ſit. ⁊ pͥmo ratio prime productionis que eſt creatio ⁊ forma eſt que ſecundario ratio eſſendi. ſit primo ratio ſecunde productionis generationis. ſ. vnde ⁊ primo phyſicorum. principia generationis ponuntur forma ⁊ priuatio. per ideʒ patet ad ſecundam formam eiuſdem rationis. falſa enim eſt maioꝛ. alius nãqʒ ẽ modus quo res generatur. ⁊ alius quo eſt. eſt enim per formam ſecundario. per eſſe anteʒ primo generatur vero ecõuerſo. Ad decimũ patet reſpon-
Dubium ſio ex dictis. falſum enim eſt antecedens. ¶ Circa ſcðm dubium ſciendum eſt cõmunem philoſophorũ ſententiam eſſe intelligentias alias a prima nõ eẽ actus omnino purus. ſed admixtionem in ſe potentie habentes. veruʒ diuerſitas inter eos magna eſt de modo quo hec duo. Actus. ſ. ⁊ potentia eis inſunt. Et vt reliquos obmitta-
Opio ſco. mus ne limites intentionis noſtre egrediamur: Sco. in primo ſen. diſtin. quinta. q. ſecũda. opinatur omneʒ creaturam eẽ compoſitã ex actu ⁊ potentia. hoc modo quia quelibet creatura cuʒ non ſit nihil oportet ꝙ habeat aliquam actualitatem. ⁊ cum ſit definita ad tale genus vel ſpeciem ſeu graduʒ perfectionis oportet ꝙ habeat in ſe negationeʒ alterius perfectionis poſſibilis reperiri in latitudine entis. ⁊ ſic ſit poſſibilis. quicquid enim eſt ens ⁊ caret aliqua pfectione in ente poſſibili eſt ſimpliciť poſſibile. ⁊ ſic quelibet res eſt cõpoſita ex actu ⁊ potẽtia obiectiua. ex eo enim ꝙ eſt habet in ſe actum. ex eo vͦ ꝙ eſt ens poſſibile habet in ſe potentiam: poſſibile nãqʒ a potentia dicitur. Cum anteʒ ſolus deus ſit actus non poſſibilis. i. non potens terminare actionem alicuius agentis ſui factiui: intelligentie apud ipm erunt compoſite ex actu ⁊ potentia obiectiua tantũ: quia nullam in earũ ſubſtã-
Opi.ſ.T. tia receptam formã ponit. Sanctus Thomas anteʒ ex fundamentis in dubitatione precedẽte poſitis opinatus intelligentias ⁊ quãlibet creaturam eſſe compoſitas ex actu ⁊ potentia ſicut ex duabus rebus diſtinctis realiter eſſe. ſ. ⁊ eſſentia. nec oportet repetere probationes. ſʒ ſoluere rationem Scoti quã ibideʒ facit contra hoc. arguit eniʒ ſic ſi in qualibet creatura eſt cõpoſitio ex duabus rebus accipio alteraʒ illaruʒ reruʒ componentiũ. ⁊ quero an ſit ſimplex an compoſita ſi ſimplex: ergo non quelibet res creata eſt compoſita. Si compoſita iteruʒ queretur de partib⁹ eius. ⁊ ſic in infinitũ. Ad hoc facillime reſpõdetur: procedit eniʒ argumentum ex malo intellectu poſitionis noſtre cum nãqʒ dicitur ꝙ quodlibet aliud adeo eſt compoſitum ly quodlibet diſtribuit non niſi pro his que vere ſunt ⁊ proprie eſſe habent: que apud Ariſtotilem ⁊ veritateʒ ſunt ſola ſubſiſtentia. omne ergo ſuppoſituʒ tam ſubſtantiale qʒ accidentale (ſi ſic loqui licet) eſt compoſitum ex actu ⁊ potentia realiter diſtinctis quiditate. ſ. ⁊ eſſe. ſoꝛ. enim quiditas vt declarauimus diſtinguitur realiter a ſuo eſſe. ⁊ huius albi albedo diſtinguiť realiter a ſua propria exiſtẽtia: vt ex dictis patere poteſt. non eniʒ ſumus adeo inſenſati vt dicamus omneʒ entitatem qualitercunqʒ eſſe compoſitaʒ. componentia enim vltima in reſolutione quis dubitat oportere eſſe ſimplicia. Dicimus igitur in propoſito intelligentias cum ſubſiſtant habere in ſe quiditatem ⁊ exiſtentiam adunatas vt potentiam ⁊ actus. ⁊ ſic compoſitas eſſe ex duabus rebus realiter diſtinctis. Sco. autẽ ſcientiam tenere poteſt ſuaʒ. abſqʒ alterius leſione. ſed linguã cohercere debet.

¶ Sequitur textus.

demonſtrationis ſubiectum eſſe non poſſe ſine paſſione
opꝫ nanqꝫ concluſionē que inherentiam paſſionis in ſub
iecto concludit neceſſariam eſſe ⁊ impoſſibile aliter ſe ha
bere. Error autem intolerabilis hic cauendus eſt poſitꝰ
ab Antonio trombeta in quolibet ſuo dicente ꝙ quia ſe/
cundum ſan. Tho. ⁊ eius ſequaces ſubiectum non ē ni
ſi cauſa materialis reſpectu paſſionis. ⁊ paſſio eſt accidēſ
neceſſario ſequitur ſubiectum poſſe eſſe ſine ꝓpria paſ/
ſione. fundamentum autem huius conſequentie eſt: qꝛ
omnis potentia paſſiua eſt potentia contradictionis . ſed
ſubiectum eſt ſolum in paſſiua potentia reſpectu paſſio/
nis. ergo eſt in potentia contradictionis. ergo poteſt ha/
bere ipſam ⁊ non ipſam . Maior habetur ex nono me/
taphyſice textu commenti. 17. ⁊ probatur etiam ratione
ſic paſſiones entis diſtincte ſunt tales ꝙ vna includit ne/
gationeꝫ alterius. ergo potētia includit negationem actꝰ
⁊ per conſequens potentie vt potētia eſt cauſa repugnat
eſſe ſine actu ⁊ ex altera parte poteſt eſſe in actu . gͦ oīs
potentia eſt potentia contradictionis. Preterea ad ideꝫ
poſſibile eſt medium inter neceſſarium ⁊ impoſſibile. er
go cum neceſſarium reſpiciat eſſe ſolum: ⁊ impoſſibile
non eſſe ſolum . poſſibile reſpicit eſſe ⁊ non eſſe: ⁊ ſic om
nis potentia cū ab ea dicatᷣ poſſibile ē potētia ꝯdictionis.
Preterea ad idem. ideo potentia paſſiua eſt ad eſſe. quia
poteſt ab alio recipere eſſe ſcꝫ ab agente. ſi autem ab alio
recipit eſſe illo circumſcripto quātū eſt ī ſe ē ſub non eſſe.
Si ergo potentia paſſiua ex ſe eſt ſub non eſſe ⁊ ab agen
te poteſt habere eſſe: neceſſario ſequitur ꝙ eſt potentia
contradictionis. ſ. ab eſſe ⁊ non eſſe. Accidit autem error
hic ⁊ in pͥncipijs ⁊ in contradictione. in principijs qꝛ ſan.
Tho. in prima parte queſtione. 77ª articulo ſexto tenet
ex intentione: ⁊ probat ſubiectum eſſe cauſam ſue ꝓprie
paſſionis in triplici genere cauſe ſcilꝫ materialis effectiue
⁊ finalis. vnde patet error minoris. maior autem licet ſit
Ariſtotelis eſt tamen male intellecta ⁊ probata. potentia
enim materialis eſt duplex. quedam eſt receptiua tantū.
quedam vͦo non ſolum receptiua. ſed etiam paſſiua extē
ſo nomine paſſionis ad omne genus tranſmutationis po
tentia receptiua tantum eſt neceſſario coeua ſuo actui eo
ꝙ ſi eſſet ante ſuum actum oporteret ꝙ per aliquaꝫ trāſ
mutationem illum reciperet. ⁊ ſic non eſſet receptiua tā
tum reſpectu illius . potentia autē paſſiua neceſſario nul/
li actui coeua eſt reſpectu cuius eſt paſſio eo ꝙ omnem
actum per tranſmutationem acquirit. ⁊ conſequenter ꝑ
tranſmutationem perdit. omne enim generabile eſt cor/
ruptibile: vt dicitur pͥmo celi. Propoſitio ergo illa oīs
potentia eſt potentia cōtradictionis: eſt ītelligenda ḋ po
tentia paſſiua ⁊ non de receptiua tantuꝫ hec gloſa ⁊ ſen
ſus ipſe ⁊ textus Ariſtote. conueniunt. ad ſenſum enim
patꝫ in celo eſſe potentiam receptiuam ſue figure ⁊ ta/
men in eo potentia non eſt potentia contradictionis. celū
enim non eſt in potentia ad aliam figuraꝫ. Ariſto. vͦo te
xtu allegato nono metaphyſice ait celum non eſſe in po/
tentia ad motum. ſed ad terminos eius tantum: ⁊ tamē
conſtat celum habere potentiam receptiuam ſui motus
vnde ex hoc inſinuauit ꝙ de potentia paſſiua loqueba/
tur ea enim celum eſt in potentia ad terminos. vnde cuꝫ
ſubiectum non habeat potentiam paſſiuam ſed recepti/
uam tantum reſpectu proprie paſſionis. nulla enim mu/
tatio mediat inter ſubiectum ⁊ paſſionem. oportet ſubie
iectum non eſſe in potentia contradictionis reſpectu paſ/
ſionis. ⁊ ſic concluſio deducta fuit falſa ad rationes auteꝫ
quibus arguens nititur illam propoſitiōem de omni po
tentia paſſiua probare. reſpondetur ⁊ ad primam dicitᷣ
ꝙ paſſiones entis diſtinctas eſſe tales ꝙ vna includit
negationem alterius . veruꝫ eſt quia vna non eſt alia for
maliter. potentia enim non eſt actus formaliter. ſed ex h̄
non ſequitur. ergo quelibet poteſt eſſe ſine alia. Itaꝫ nō
valet hoc non eſt illud . ergo hoc poteſt eſſe ſine illo. Ad
ſcḋꝫ dicitur. ꝙ poſſibile vt diſtinguitᷣ contra neceſſariuꝫ
⁊ impoſſibile ſumitur a potentia paſſiua ⁊ non a potētia
receptiua tantum. ⁊ ideo ex hoc non ſequitur niſi poten
tia paſſiua eſſe potentiam contradictionis. Cum tamē ar
guens debeat probare ꝙ omnis potentia receptiua ſit
potentia contradictionis . Ad tertium dicitur ꝙ propo/
ſitio prima ibi adducta ſcilicet ꝙ potentia eſt ad eſſe. quia
poteſt recipere eſſe ab alio ſcilicet ab agente in vno ſenſu
eſt vera ⁊ in altero falſa. ſi enim ly poteſt dicat poſſe di/
ſtinctum contra impoſſibile. Ariſtotiles dicit eam eē fal/
ſam. eſt enim ſenſus ꝙ ideo potentia eſt ad eſſe. quia nō
eſt impoſſibile ipſā recipere eē ab agente. ⁊ ſic celum eēt
in potentia ad motum cum recipiat ipſum ab alio: ſi aūt
ly poteſt dicat potentiam vt diſtinguitur contra eē ī actu
tunc propoſitio eſt vera. ideo enim aliquid eſt in poten/
tia ad eē. quia poteſt recipere eſſe qḋ adhuc non habet:
ſicut ideo aliquid eſt in potentia ad non eē. quia poteſt ha
bere non eē quo caret: ſed cum omnis actus poſſibilis
haberi ab aliqua potentia non niſi per tranſmutationem
acquiratur ad noſtram poſitioneꝫ redditur ꝙ ſcilicet po
tentia paſſiua ſola ſit ad eē. Alias rationes quibus ſepara
bilitas ſubſtantie ab omni accidente a Scotiſtis probatᷣ
ex ſupradictis facile eſt ſoluere. Aſſumunt ſiquidem pro
poſitionem quaruꝫ falſitas eſt ſuperius declarata.

Sequitur textus.

**Sed quia illud qḋ dicitur maxime ⁊ veriſſi
me in quolibet genere eſt cauſa eoruꝫ que ſūt
poſt in illo genere ſicut ignis que et in fine ca
liditatis eſt cauſa caloris in rebus calidis: vt ī
ſcḋo metaphyſice dicitur. ideo ſubſtantia que
eſt principium in genere entis: maxime eſt ue
riſſime eſſentiam habens. opꝫ ꝙ ſit cauſa ac
cidentium que ſecundario ⁊ ſcḋm quid ratio
nem entis participant.**

In hac ſecunda parte capituli diuerſitatem acciden//
tium inter ſe declaraturus premittit cauſam accidentiuꝫ
que ſit vt cauſas diuerſitatis eoꝝ inſinuet tali concluſio/
ne. ſubſtātia eſt cauſa accidentiū quā probat ſic maxime
⁊ veriſſime ens eſt cauſa reliquorum entium ſubſtantia
ē maxime ⁊ veriſſime ens. ergo ſubſtantia ē cauſa alio//
rum entium. ſed talia ſunt accidentia. Minor vͦo ex ſepti
mo metaphyſice in principio patet . Maior vͦo ex ſcḋo
metaphyſice textu commenti q̄rti habetur vbi dicitur
ꝙ vniuerſaiter id qḋ ē maxime tale in aliquo ordine qḋ
ē cauſa omnium aliorum in illo ordine: vt ſic ſicut ignis
qui in ordine calidorum ē maxime calidus omnium cali
dorum ē cauſa vt ſint calida vtitur autem nomine gene
ris in littera ſicut Ariſtotiles vti tur ibi vniuocatiōe eo ꝙ
ad veritatem huius propoſitionis exigitur ꝙ cauſa com
municet cum effectu in nomine ⁊ ratione: licet analogice
eadem. non enim ſequitur celum eſt cauſa omniuꝫ cali/

dorum. ergo celum ē maxime calidum qđ tamen ſequeretur. ſi celo calide nomen non equiuoce conueniret quia igitur ſubſtantia in nomine ⁊ ratione entis analoga tamē conueniunt: ⁊ ſubſtantia maxime eſt ens. Ideo cauſa eſt omnium aliorum vt entia ſint.

Sequitur textus.

**¶ Quod tamē diuerſimode cōtingit quia enī partes ſubſtantie ſunt materia ⁊ forma. ideo quedam accidentia principaliter conſequuntur formam ⁊ quedam materiam.**

¶ Quia accidentia cauſantur a ſubſtantia in qua ſunt et effectuum diuerſitas ex cauſis prouenit aſſignat diuerſitatem inter accidentia a priori ex diuerſitate partium ſubſtantie a quibus fluunt accidentia. ⁊ ponit tres diſtinctiones: quarum prima cum ſuis diuiſionibus talis eſt. accidentium alia ſequuntur principaliter formaȝ: alia ſequūtur principaliter materiam. accidentium ſequentiuȝ formam. quedam cōmunicant materie quedam vͦ ſunt ſeparata a materia. Accidentium autem ſequentium materiam: quedam ſequuntur eaȝ in ordine ad formam generalem: ⁊ quedam in ordine ad formam ſpecialem. eſt autem ratio prime diuiſionis. quia cum vnūquodqȝ operetur per quod eſt actu ⁊ ſemper ſpecies aliqua mouere ⁊ agere exiſtimetur: vt dicitur tertio phyſicorum textu cōmenti. 17. oportet formam ſequi operationes ⁊ operatiuas virtutes ſimiliter cum patiatur ⁊ trāſmutetur vnūquodqȝ ratione materie oportet plura accidentia eam ſequi vt ea que propter materie diuerſam complexionem inſunt ⁊ ipſam motui ſubijciunt ⁊c. appoſuit autem ī prima diuiſione ly principaliter vt diſtinguitur contra totaliter. nullū enim accidens eſt ſolius forme aut ſolius materie. ſed omnia ſunt. ⁊ enim ad ipſam non ſolum anima concurrit ſed totum compoſitū ex materia ⁊ forma. ſortes enim eſt qui primo intelligit. eſt ergo ſenſus diuiſionis ꝙ accidentium quedam ſequūtur formam nō vt cauſam totalem. ſed principalem quedam: ſimiliter ſequuntur materiam vt cauſam principalem non totalem. Cuȝ enim omnium accidentium cauſa ſit id qđ vere eſt. id eſt ſubſtantia completa oīum cauſa eſt compoſitum ex materia ⁊ forma. ſed aliquorum principalis radix eſt forma aliquorum vͦ principalis radix eſt materia ſicut enim in artificialibus aliquid conuenit compoſito ratione forme ⁊ aliquid ratione materie quemadmodum ſcindere cōuenit ſerre ratione forme. duricies autem ratione materie. Ita ⁊ in naturalibus aliquid oritur in compoſito ratione ⁊ aliquid ratione materie quemadmodum in ſorte ſentire ⁊ intelligere eſt ratione forme. Maſculinū vͦ ratione. que autem ſit regula ad diſcernendum accidētia ſequentia formā ab accidentibus ſequentibus materiam infra aſſignabitur.

¶ Sequitur textus.

**¶ Forma autem inuenitur aliqua cuius eſſe non dependet a materia ut anima intellectualis. materia vͦ non habet eſſe niſi per formaȝ unde in accidentibus que ſequūtur formam ē aliquid qđ non habet cōmunicationem cum materia: vt intelligere qđ non eſt per organuȝ corporale ſicut ꝓbat philoſophus in tertio đ anima. Aliqua vͦ ex conſequētibus formaȝ ſunt que habent cōmunicationem cum materia: vt ſentire ſed nullum accidens ſequitur ſine communicatione forme.**

¶ Hic ponitur prima ſubdiuiſio cum eius cauſa. cum enim proprie virtutes ⁊ proprietates ⁊ operationes formarum ipſis formis proportionari debeant. Ita ꝙ ſi eſſentia ipſius forme ſit dependens a materia: ⁊ operatio eius cum non fiat ipſa forma a qua fluunt perfectiones dependentes a materia ⁊ ſi eſſentia forme eſt independens a materia virtutem aliquam oportet habere a materia independentem. Alioquin ocioſe feciſſet natura formam independentem feciſſet ſiquidem naturam eleuatam ſupra materiam vt ſic non poſſȝ operari. Et conſequenter nec finem proprium conſequi vnunquodqȝ enī eſt per ſuam operationem. vt dicitur ſcđo celi textu cōmenti. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formaruȝ ſubſtantialium dependentium ſcilȝ a materia vt ſunt oīs forme materiales. ⁊ independentium ab ea vt eſt anima humana ideo inuenitur duplex genus accidentium ſequentium formam. Quedam enim fluunt a forma dependente a materia. ⁊ hec ita fluunt ab ea ꝙ tamen recipiuntur ſubiectiue in compoſito propterea dicitur ꝙ habent cōmunicationem cum materia vt ſentire vegetare ⁊ huiuſmodi: quedam vͦ fluunt a forma independente vt ſic. ⁊ hec fluunt ab ipſa forma ꝙ recipiuntur in ſola forma ſubiectiue ⁊ propterea dicuntur non habere communicationem cum materia: vt intellectus ⁊ voluntas: intelligere velle ⁊ huiuſmodi. Nec arbitreris nos immemores contradicere ſuperius nunc dictis. vtrunqȝ eniȝ eſt verum ꝙ ſcilicet omne accidens eſt compoſiti vt ſupradiximus: ⁊ qđ aliquod accidens eſt ſolius forme. vt modo dicimus: accidens enim eſſe alicuius poteſt intelligi dupliciter. vno modo vt completi principij elicitiui ⁊ receptiui. Alio modo vt ſuppoſiti hoc ſecūdo modo omne accidens eſt compoſiti cuius ē eē ⁊ fieri. vnde anima non intelligit vt ſuppoſitum qđ operatur. ſed ſortes per animaȝ. primo vͦ modo aliquod accidens eſt ipſuȝ aīe ⁊ aliquod eſt compoſiti. virtus eniȝ intellectiua non eſt ſubiectiue in aliqua parte corporis compoſita ex materia ⁊ forma. ſed eſt ſubiectiue in ſola eſſentia anime vnde in tertio de anima textu commenti quarti. Dicitur qđ intellectus nullius corporis eſt actus: virtutes autem ſenſitiue non ſunt ſubiectiue in ſola anima. ſed in determinatis corporis partibus compoſitis ex materia ⁊ forma ſubſtantiali. Similiter completum elicitiuum principiuȝ ſenſationis non eſt ſola potentia anime ſed compoſituȝ ex organo corporali ⁊ virtute: anime intellectualis autem ꝑncipium elicitiuum completum eſt ipſa ſola virtus intellectiua: et cum operatio immanens ſit ſubiectiue in ſuo elicitiuo principio: intelligere erit in ſolo intellectu ſicut in ſubiecto. propterea ſan. Tho. alibi dicit ꝙ anima intelligit ſicut oculus videt vt completum principium elicitiuum oculus enim nominat compoſitum: nominat compoſitum ex organo corporeo ⁊ virtute anime. non ergo contradicunt iſta. omne accidens eſt compoſiti vt ſuppoſiti ⁊ aliquod accidens eſt ſolius forme vt completi ꝑncipij elicitiui ⁊ receptiui: ⁊ licet totus ſermo ſit de accidētibus ſubſtantiarum materialium ex his tamen innuitur natura accidentium ſubſtantiaruȝ ſeparatarum. opȝ enī ea eſſe de ordine illorum accidentiuȝ que ſequuntur formam independentem a materia. ⁊ nota ꝙ antequā ponatur alterius membri ſubdiuiſio. Aſſignatur cauſa in littera quare non ſit talis ſubdiuiſio de accidentibus ſequētibus: qualis facta eſt de his que ſequuntur formam vt dicatur accidentium ſequentium materiam quedam cōmunicantur forme ⁊ quedam non. ⁊ cauſa eſt iſta quia non inuenitur duplex materia altera dependēs a forma ⁊ altera non: ſicut inuenitur duplex forma: nulla enī ma-

teria poteſt eſſe ſine formā vt probatum fuit.

Sequitur textus

¶ In his tamen accidentibus que materiaꝫ inuenitur quedam diuerſitas. quedam enim accidentia conſequuntur materiam ſecunduꝫ ordinem queꝫ habet ad formam ſpecialem ut maſculinum ⁊ femininū in animalibus. Quorum diuerſitas ad materiaꝫ reducitur. vt dicitur in decimo metaphyſice: unde remota forma animalis dicta accidentia non remanent niſi equiuoce: quedaꝫ v̄o conſequuntur ſecundum ordinem quem habet ad formam generalem: ⁊ ideo remota forma ſpeciali adhuc in ea remanent ſicut nigredo entis eſt in ethiope ex mixtione elementorum: ⁊ non ex ratiōe anime: ⁊ ideo poſt mortem in eo remanet.

¶ Hic ponitur alterius membri diuiſio talis. accidentiū ſequentium materiam. quedam ſequuntur eam in ordine ad formam generalem. quedam in ordine ad formaꝫ ſpecialem. Illa accidentia dicuntur ſequi materiam in ordine ad formam generalem que indiuiduo alterius generis altioris conueniunt ratione magis ſue materie q̄ꝫ forme ſicut hoc mixtum habet cutis nigredinē non ex ratione forme mixti. ſed quia materia ſua talis paſſa eſt puta in tali climate. vbi calor ſolis abundat. illa v̄o dicuntur conſequi materiam in ordine ad formam ſpecialem que indiuiduo inferioris generis vel ſpeciei. conueniunt magis ratione materie q̄ꝫ forme ſicut hoc animal eſt maſculinum non ratione anime principaliter. ſed quia materiaꝫ ad animam diſpoſitam talis paſſio comitata eſt. puta quia materia plene dominio actui vigoroſi ſeminis ſubiecta fuit. Signum autem ꝙ talia accidentia iſta ſe habent. ſ. ꝙ ſequuntur materiam ſecundum qđ reſpicit formam altioris vel inferioris generis eſt ꝙ aliqua eorum eiuſdem rationis remanent compoſito corrupto: ⁊ quedaꝫ non remanent niſi equiuoce. nigredo ſiquidem hominis viui ⁊ mortui eiuſdem rationis eſt: maſculinitas autem non cauſa autem huius nulla eſt alia niſi quia maſculinitas ſequitur animal ratione ſue proprie materie ⁊ propterea corrupto ⁊ non remanente niſi equiuoce. opꝫ maſculinitatem in cuius rationem ponitur animal equiuoce remanere. Albedo autem quia mixti materiam ſequitur in cadauere remanentis ſecundum eandem diffinitionem nō equiuoce remanet. circa ea que hic dicuntur accidit dubium.
Qō.17. vtrum nigredo cutis in ethiope viuo ⁊ mortuo ſit vna ⁊ eadem numero ⁊ vniuerſaliter. vtrum ſit idē numero accidens in genito ⁊ corrupto. in hac dubitatione. tria agenda ſunt primo recitabitur opinio quorundam. ſecundo ponetur opinio ſancti Thome. tertio reſpondebitur ad obiecta. quo ad primum quidam opinantur accidentia communia genito ⁊ corrupto eſſe eadem numero.
Opío quorundam. In vtroqꝫ inter quos aliqui quibuſdam verbis Auerois innixi tali diſtinctione ſuam promunt imaginationeꝫ Accidentia communia genito ⁊ corrupto habent duplicem modum eſſendi terminatum ſcilꝫ ⁊ interminatum accidentia interminata vocant eſſentias accidētium abſqꝫ limitatione ad talem vel talem gradum. accidentia vero terminata dicunt eſſentias accidentium limitata ad hunc vel illum graduꝫ. accidentia īterminata ponunt eadē numero eſſe in genito ⁊ corrupto. non auteꝫ terminata: vnde ſicut quantitas interminata cōmunis expreſſe a commentatore ⁊ eadem in omnibus ponūtur. ita calor interminatus cōmunis ⁊ ideꝫ eſt in aere ⁊ igne: confirmatur autem opinio iſta auctoritatibus ⁊ rationibus. Ariſtoteles primo de generatione textu commenti. 23. dicens in his autem ſi aliqua manent in genito ⁊ corrupto puta qn̄ ex aere ⁊ aqua ſi ambo diaphana aut humida ⁊c̄. oſtendit non eſſe inconueniens ꝙ aliquod idem accidens ſit ī genito ⁊ corrupto ⁊ in ſcđo de generatione textu cōmenti. 25. vult expreſſe ꝙ in habentibus ſymboluꝫ eſt facilior tranſitus. quia eſt facilius corrumpere vnum quam duo. Auerois quoqꝫ in libro de ſubſtantia orbis non longe a principio dicit non ſolum dimenſiones interminataſ quas ſimplices vocat remanere eaſdeꝫ in genito ſed vniuerſaliter qualitates omnes gēito ⁊ corrupto. Ratio autem prima ad hoc eſt quia ſi qualitates diſponentes materiam rei corrumpende ad nouam formam corrumpitur. Queritur quid educit formam generandam non poteſt dici ꝙ illud ſit agens extra quia hoc non poteſt facere niſi per qualitates medias introductas in materia. qualitates autem ille corrumpi dicūtur ab aduerſario ante inductionem forme. ergo remanet ꝙ nihil ſit qđ educat formā qđ eſt impoſſibile. Preterea qualitates ſymbole queritur a quo corrumpuntur cum nullum contrarium appareat: ⁊ fruſtra corrumpi res cenſeatur in aliquo inſtanti in quo eandem oportet generari. Preterea figura cadaueris organizatio ⁊ cicatrix ⁊ ſi qua ſunt huiuſmodi ſi non remanent eadem. Queritur a quo generantur ⁊ cum non poſſit dici a quo generantur per modum ſequele oportet ꝙ nullum ſit generans ꝙ ante non generentur per modum ſequelle: probatur. Accidentia enim aliqua ideo conſecutiue generantur quia dans formam dat conſequentiā ad formam modo iſta accidentia repugnant forme magis q̄ꝫ ſequātur eam cuius ſignuꝫ quia ſub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. et hec de primo. ¶ Quo ad ſecundum: ſciendum ē Thomiſtarum eſſe opinionem nullum accidens eſſe ideꝫ numero in genito ⁊ corrupto. ſequitur enim hoc neceſſario ex noſtris principijs. nam ſi nullum accidens eſt ſubiectiue in materia ⁊ non datur niſi vna forma ſubſtantialis in compoſito impoſſibile eſt idē accidens remanere ideꝫ numero. Migraret ſiquidem accidens de ſubiecto ī ſubiectum ⁊ eſſet idem ⁊ non idem. nec rationes pro nunc ad hanc concluſionem afferam. quia opꝫ ad hoc efficacit̄ ꝓbandum probare illud principium. ſ. ꝙ in compoſito eſt tantū vna forma ſubſtantialis: ſed declarabo quo modo hoc ſit poſſibile ⁊ quo modo defendenda eſt ab aduerſarijs poſitio noſtra. Sciendum eſt igitur accidens q̄drupliciter corrumpi. primo per alterationem oppoſitaꝫ ſuo contrario vt frigus a calido. ſcđo ad abſentiam conſeruatiui agentis vt lumen in aere deſinit ſole recedente. tertio ad corruptionem ſubiecti vt riſibilitas corrumpit̄ homine mortuo. quarto ad corruptionem termini vt ſimilitudo deſinit conſimili perempto ⁊ quia quot modis dicitur vnum oppoſitoruꝫ tot modis dicitur ⁊ reliquū. Accidens generatur quadrupliciter. primo ab agente ſibi ſimili per tranſmutationem ſicut aqua calefit ab igne calido. ſcđo ad preſentiam agentis in fieri ⁊ eſſe vt lumē in aere ſit a ſole preſente. tertio ad generationem ſubiecti vt riſibile generatur homine genito. quarto ad generationem. vt forte ſolo albo exiſtēte ſtatim ad alterius albi generationem conſurgit in forte ſimilitudo. ⁊ licet omnibus iſtis modis contingat accidens per totam latitudinē

corrumpi nullus tamen illorum modorum conuenit accidentibus omnibꝰ niſi tertius. Cõmune nanqꝫ eſt omnibus accidentibus corrumpi eorum ſubiecto corrupto cum accidentis eſſe ſit in eſſe. ⁊ ideo ſufficiens cauſa corruptionis accidentium redditur quando ſubiecti corruptio aſſignatur. vnde cum in aere ſit ignis licet non oporteat corrumpi calore aeris; ſed potius intendi. quia tamẽ aer ꝙ ſubiectum illius eſt corrumpitur neceſſe ẽ ipſum quoqꝫ calorem corrumpi abſqꝫ contrario ad ſolum ſubiecti defectum. propterea apparet qualiter peccent peccato fallacie conſequentis. Argumenta ea que qualitates ſymbolas ⁊ diſpoſitiones pro forma introducenda faciẽtes: quia carent contrario corrumpente remanere inferunt: ⁊ notandum quot quando accidens generatur ad generationem ſubiecti vel corrumpitur ad corruptioneꝫ ſubiecti: tunc cum eadem actio terminetur ad vtrũqꝫ: ad ſubiectum per ſe. ⁊ ad accidens conſecutiue: non oportet querere: aliud generans vel corrumpens niſi generatiuum vel corruptiuum ſubiecti. idem eniꝫ eſt agens qđ vtrunqꝫ ſimul. ⁊ eadem operatione ſit ſicut cuꝫ ignis ex aere ignem generat. Alterando aerem in fine alterationis aerem corrumpit per ſe. ⁊ cõſecutiue calorem introductum ⁊ vniuerſaliter omnia accidẽtia que in aere erũt ea conſecutionis neceſſitate: quia accidens ſine ſubiecto proprio remanere non poteſt. ⁊ in eodem inſtanti generat ignem per ſe: ⁊ calorem cõſecutiue abſqꝫ alia media alteratione ſimile calori ante illud inſtans exiſtenti. Simile autem eſt indiciũ de quantitate ⁊ figura ⁊ alijs diſpoſitionibus ⁊ accidentibus ſimilibus in genito ⁊ corrupto omnia enim iſta concomitatiue producuntur. ⁊ ideo nõ oportet querere generans niſi quod ſubiectum generat: ⁊ cum ſupradicta inſpexeris videbis quod ſimile a ſuo ſimili concomitatiue: ⁊ per accidens quandoqꝫ corrumpitur. ⁊ per oppoſitum a non ſimili concomitatiue ꝑ accidens generari ꝯtingit ipſuꝫ accidens. Ariſt. ergo quotiens dicit eadem remanere in genito ⁊ corrupto eadeꝫ ſpecie non numero ait. ⁊ per hoc per accidens. variatur enim vnitas numeralis non ꝓpter generationis vim ſed ſubiecti corruptionem. facilior quoqꝫ tranſitus in habentibus ſymbolum nõ ex identitate numerali ſymboli accidentis ſed ex nõ repugnantia illius in agendo vel patiendo prouenit. ⁊ ex hoc quot forme ſubſtantiales a qbus fluunt ſimiles qualitates ſunt ſimiliores. ex effectibꝰ eniꝫ natura cauſe innoteſcit. Auerois auteꝫ ſi ſaluari debet eodem modo gloſetur.

Ad pm ❡ Ad rationem autẽ oppoſite opinionis dicitur. ⁊ ad primam quidem quod educens formam in vltimo inſtanti eſt generans extra nõ per aliquã actionem qꝫ in illo inſtanti eliciat: ſed in termino actionis nudam materie eſſentiam attingens. Unde cum dicitur agens extra non poteſt educere formam niſi per qualitates medias introductas: verum eſt dum agit. non auteꝫ

Ad 2m cum eſt in termino actionis ſufficit ⁊ exigitur alteraſſe ad materie expoliationem ⁊ diſpoſitionem. ❡ Ad ſecundũ dicitur quot qualitates ſymbole. ⁊ ſimilia corrumpunt per accidens ad corruptionem ſubiecti a corrumpente ꝑ ſe ſubiectum nec fruſtra in eodem infiniti eſt primũ non

Ad 3m eſſe earum. ⁊ primum eſſe ſibi ſimilium. ſed neceſſario neceſſitate materie: vt dictum eſt. ❡ Ad tertium dicitur quot figura ⁊ cicatrix ⁊ huiuſmodi producuntur conſecutiue. ⁊ per accidens a generante eorum ſubiectum ſcilicet cadauer: nec eſt verum quot ſola illa accidentia generentur conſecutiue que ſequuntur. ſed multa accidentia ſequuntur compoſitũ ex neceſſitate materie que ſunt licet non incompoſſibilia aliqualiter. tamen oppoſita ipſi forme: vt patet de ſe. ⁊ ideo dico ꝙ figura ⁊ ſimilia ſequuntur cadauer ex neceſſitate materie: quia. ſ. agẽs naturale non poteſt tam cito diſpoſitiones per tot tranſmutationes radicatas corrũpere totalr. ⁊ ideo ſimiles diſpoſitiones ſequuntur. ⁊ quia non ſunt facientes pro forma geniti. Ideo ad corruptionem properantur.

❡ Sequitur textus.

❡ Et quia unaqueqꝫ res indiuiduatur ex materia ⁊ collocatur in genere uel ſpecie per ſuaꝫ formam. Ideo accidentia que conſequuntur ſunt accidentia indiuidui ſm que etiam indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt adinuicem. Accidentia vo que conſequuntur formam ſunt proprie paſſiones uel generis uel ſpeciei. Vnde inueniuntur in omnibus participantibꝰ naturam generis uel ſpeciei ſicut riſibile conſequitur in homine formam: quia riſus contingit ex aliqua apprehenſione anime hominis.

❡ Hic ponitur ſecunda diuiſio accidentiuꝫ que talis eſt Accidentium alia ſunt accidentia indiuidui alia ſunt accidentia generis vel ſpeciei. Duplex autem inter iſta differentia ponitur. prima eſt quot accidentia indiuidui conſequuntur cõpoſitum ratione materie principaliter. Accidentia vo ſpeciei vel generis ſequuntur compoſitum ratione forme. ſecunda eſt quot accidentia indiuidui ſunt ea penes que attenditur differẽtia inter particularia eiuſdem ſpeciei. Accidẽtia vo ſpeciei ſiue generis ſunt cõmunia neceſſario omnibus indiuiduis illius ſpeciei vel generis. Exemplum. maſculinum ⁊ femininum ſunt accidẽtia indiuidualia. ſequuntur enim materiam ⁊ penes ipſa differunt ſortes ⁊ berta. Riſibile autem eſt accidẽs ſpecificum. ſequitur enim intellectiuam apprehenſionem ⁊ omnibus hominibus neceſſario conuenit. Aſſignatr quoqꝫ radix prime differentie cum dicitur quot materia eſt principium indiuiduationis. forma autem eſt per quam res in genere vel ſpecie collocantur. Ex hoc enim quot materia; eſt cauſa eſſe indiuidualis vt ſic ſequitur quot ſit etiam radix accidentium conſequentium ipſum eẽ indiuiduale: ac per hoc accidentia indiuidui ſunt que conſequuntur materiam. ex eo autem quot forma eſt principium eſſe generici ⁊ ſpecifici oportet quot etiam ſit cauſa proprietatum. ⁊ accidentium conſequentium ſpecieꝫ vel genus. ⁊ ſic accidentia ſpeciei ſiue generis ſequuntur formã. Secunde vo differentie ratio eſt: quia cum tam in forma ſpecifica qꝫ generica conueniant omnia contenta ſub eis. oportet etiam proprietates earum omnibꝰ eẽ cõmunes. Cum aũt penes materiã differant indiuidua. Accidentia quoqꝫ materialia oportet eſſe ea ſm que ipſa particularia inter ſe differunt vt effectus proportionabiliter ꝓprijs reſpõdeant cauſis. ❡ Accidunt hic duo dubia circa litterã. primũ eſt qualiter ſit veruꝫ quot accidentia ſequentia materiã ſint ea penes que differunt indiuidua in eadem ſpecie. Quandoquidem quantitas ſequit materiam: ⁊ tamen eſt communis omnibꝰ indiuiduis corporis ⁊ inferior. ſecundũ dubiũ eſt qualiter verificetur quot accidentia ſequentia materiam non ſint paſſiones generis vel ſpeciei cum maſculinum ⁊ femininum ſequantur materiam. ⁊ tamen paſſiones ſunt animalis. vnde ⁊ animal in eorum diffinitione ponitur. ſicut ſubiectuꝫ in diffinitione paſſionis vt decimo metaphyſice tex. cõmenti vigeſimitertij habetur ſimiliter. Quantitas vi-

Dubium

detur eſſe paſſio corporis de predicamento ſubſtantie. ⁊ tamen ſequitur materiam. ¶ Ad euidentiam primi ſcito verba illa ſcilicet accidentia ſequentia materiam ſunt ea ſcd̄m que indiuidua. Differunt non eſſe intelligenda vniformiter ſed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidentia materialia. Dupliciter vel quia vnum eorum habet vnum ⁊ reliquum aliud vel quia vtrūqꝫ habet idem. ſed alio ⁊ alio modo verbi gratia ſortes ⁊ berta differunt penes maſculinum ⁊ femininum ex eo quot ille habet maſculinitateꝫ: illa feminilitatem. differūt quoqꝫ penes ſuas quantitates non ex eo quot ille ſit quantus ⁊ illa non: ſed ex eo quot non eodem modo ſunt quanti nunqꝫ enim inueniuntur duo quanta omnino ſimilia ſitibus. ſiquidem proprijs differre neceſſe eſt. Quantitas ergo licet ſit communis omnibus indiuiduis. quia tamē non vniformiter eis conuenit eſt ſcd̄m quā indiuidua inter ſe differunt ſecundo modo. ⁊ hoc ſufficit. ¶ Ad intelligentiam ſecundi notandum quot paſſiones generum ſunt duplices quedam conuenientes eis ratione forme generice. ⁊ quedam ratione materie. ille que ſequuntur formam vocate ſunt hic paſſiones generum. ⁊ non ille que ſequuntur eorum materiam. propterea quia natura generica ex forma eſt talis ⁊ non ex materia. animal eniꝫ

Paſſiōes generū ſūt duplices.

eſt animal ex ſua forma ⁊ non ex ſua materia. vnde cum in animalis propoſito paſſio ratione forme ſit ſenſibilitas ⁊ ratione materie maſculineitas vel femineitas diuerſis rationibus moti Ariſto. in metaphyſica. ⁊. s. Tho. hic diuerſimode locuti ſunt: quia enim eſt paſſio animalis ratione materie: ideo vocata eſt ibi paſſio. quia autē non ratione forme: ideo hic non eſt dicta paſſio. Similiter dicendum eſt de quantitate: quia ſequitur corpus ratione materie. ſequitur enim ipſum ſcd̄m id quo eſt in potentia diuiſibile quod nō eſt niſi materia vt indiuiſibilitas rerum immaterialium oſtendit. ⁊ nota quot hec ſecunda diuiſio accidentium non differt a prima per membra diuidentia. eadem enim ſunt huius ⁊ illius membra. ſed ſm rationem: quia illa diuiſio accepta eſt penes primas earum radices materiam ſcilicet ⁊ formam. Iſta autem penes ſubiecta quibus appropriantur ſcilicet genus ſpeciem ⁊ indiuiduum.

¶ Sequitur textus.

**¶ Sciendum etiam eſt quod aliquando accidentia ex principiis eſſentialibus cauſant̄ ſm actum perfectum ſicut calor in igne qui ſemꝑ actu eſt calidus. aliquando v̄o ſm aptitudinē tantum. ſed complementuꝫ accipiunt accidentia ex agente exteriori ſicut diaphaneitas in aere que completur per corpus lucidū exterius ⁊ in talibꝰ aptitudo eſt accidens inſeparabile: ſed complementum quod aduenit ex aliquo principio quod eſt extra eſſentiā rei vel quod non intrat conſtitutionem rei eſt ſeparabile ſicut moueri ⁊ huiuſmodi.**

¶ Hic ponitur tertia diuiſio accidentium: quedam cauſantur ex principijs eſſentialibus ſubiecti ſcd̄m actū perfectum: quedam ſm aptitudinem tantum illa accidentia vocat cauſari ſm actum perfectum ⁊ eſſentialibus principijs que ſm ſuas aptualitates exītrinſecis principijs ſubiecti in ipſo fluunt vt calor in igne. Illa v̄o dicit cauſari ſm actum imperfectum ſeu aptitudinem tantum que non ſm ſuas actualitates. ſed ſm quaſdaꝫ inchoationes ex principijs eſſentialibus ſubiecti in ipſo fluunt vt moueri ſurſum in igne ex principijs eius cauſatur ſm ſui inchoationem puta leuitatem. Differunt autem quia prima ⁊ ſm ſuas aptitudines. ⁊ ſm ſe inſeparabilia ſunt a ſubſtantijs. ſecunda v̄o ſcd̄m ſe quideꝫ ſunt ſeparabilia. ſcd̄m autem ſuas aptitudines non poſſunt ſeparari. Ab igne enim neqꝫ aptitudo ad calorem: neqꝫ calor ipſe ſeparari poteſt ipſo remanēte. motus autem ſurſum nō ſemper ineſt igni: ſed aptitudo ad motuꝫ ſurſuꝫ puta leuitas eſt inſeparabilis ab ipſo. ⁊ cauſa horum eſt. quia in illis ipſa actualitas accidentis ex ſolis principijs eſſentialibus fluit. In iſtis v̄o aptitudo tantum ex ſolis principijs eſſentialibus fluit. ipſa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo ſcilicet exiſtente concurrente vel agendo vel non prohibendo: vt patet in exemplo dato de motu ſurſum qui non ineſt igni niſi aliquo cōcurrente extrinſeco remouente ſcilicet prohibens ⁊ diaphaneitas nō eſt actu in aere niſi concurrente extrinſeco illuminante. lumen eniꝫ eſt actus diaphani ſcd̄m actum. vt dicitur ſecūdo de anima textu cōmenti. 69. profundiorem autem huius diuiſionis cauſam elicio ex prima ſecunde queſtione decima articulo primo ad ſecundum. quod ſcilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principijs eſſentialibus inſeparabiliter ſm actum completum. aliqua autem ſeparabiliter ſm actum completum. ⁊ inſeparabiliter ſm aptitudinem: quia illa ſequuntur rei actualitatē. iſta v̄o potentialitateꝫ. ⁊ ſic intelligo quia vnunquodqꝫ agit ſm quod eſt actu. patitur autem ſm quod eſt in potentia ex ſufficiente rei actualitate procedit quot accidens in ſe complete producat. ⁊ per oppoſitum ex inſufficiente actualitate ⁊ conſequenter potentialitate ex qua omnis inſufficientia eſt prouenit quot res habet accidens in ſe ſm aptitudinem tantum. ⁊ quot ab alio expectet actualitatem: ſeu quot accidens ſeparabile ſit ſm actualitatem quod idē eſt. Amplius cum eſſe bonum expectet complementū. ita quot ex actualitate rei eſt quot habet aptitudinem. ⁊ ex potētialitate quot actualitatem ſequatur. ⁊ non eſſe ⁊ maluꝫ potentiam ex actualitate rei prouenire neceſſe eſt eſſe accidentis perfectum ⁊ inſeparabile ſm actum. ⁊ aptitudinem. ⁊ per oppoſitū ex rei potentialitate ꝓcedere oportet incompletionem accidentis. ⁊ ſeparabilitatē eius ſm actum. eſt enim ſeparabilitas ipſa quoddam nō eſſe. qđ cum nihil aliud ſit ꝙ negatio neceſſarie ſequelle ſui eſſe completi ad eſſe ſubiecti. Intellige aūt hic: vt ſupra: ſcilicet quot ex actualitate ſubiecti aptitudo eſt. ex potentialitate autem ſeparabilitas accidentis ſm ſuam actualitatē. Aduertendum v̄o eſt quot ſanctus Thomas paſſiones que dicunt aptitudinem non collocauit ſimpliciter inter accidentia ex eſſentialibus principijs fluentia. ſed potius ipſarum paſſionum. ⁊ aptitudinū actus quos ſcd̄m incompletum eſſe aptitudines vocauit. fecit auteꝫ hoc: q̄a aptitudo de ſe non habet rationem alicuius per ſe ꝓducti ſeu producibilis. nullum enim naturale producens intendit aptitudinem. ſed actum illius. non eſt nanqꝫ opus riſibilitate niſi vt rideat̄. vnde ⁊ riſibilitas inchoatio quedam riſus eſt propterea igitur inter effectus eſſentialiuꝫ principiorum aptitudo non eſt ſimpliciter poſita. ſed actus: quia non ipſa: ſed eius actus eſt qui a principijs productiuis intenditur. Et quia aptitudo nihil aliud eſt ꝙ inchoatio quedam. Inchoatio autem eſt actus imperfectus: ideo accidentia ſm actum incompletum aptitudines vocantur. Antequam terminemus tractatum de diuerſitate accidentium: Queritur an omne accidēs habeat aliquod ſubiectū propriū aut aliq̄ accidentia ſint. ita cōia quod nulli propria eſt aūt ratio dubitādi: q̄r ſi omne accn̄s eſt ꝓpriū alicui cū propriū ꝯueniat oī ſoli. ⁊ ſemꝑ. nulluꝫ accn̄s erit ſeꝑabile ab eo. in quo eſt. Ineſſet enim

Vtꝝ accn̄s hēat aliqđ ꝓpriū ſubiectum.

ſoli ⁊ ſemper proprio ſubiecto. Amplius ſequeret̄ ſemper corruptionē alicuius accidentis comitem fieri corruptioni ſubſtantie ſicut corrupto riſibili corrūpitur homo patet conſequentia. Quia corrupto proprio neceſſe eſt corrumpi illud cuius eſt proprium aliter non conueniret ei ſemper. hec autēꝫ experimur eſſe falſa. vt patet in accidentibus communibus ⁊ actibus ſecundis. Ex oppoſito autem cum omne accidēs ſit diffinibile ⁊ in diffinitione cadat ſubiectuꝫ de quo accidens per ſe predicat̄ vt patet primo poſterioꝝ. ⁊ ſeptimo metaphyſice oportet ꝙ omne accidens habeat propriuꝫ ⁊ per ſe ſubiectū per ſe nāqꝫ ſupponit de omni ſemp̱ ⁊ neceſſario. ad huius dubitationis euidentiam ſciendum eſt quot cū apud .s. Tho. in queſtione de potentia dei ſubiectum habeat triplicem habitudinem ad proprium accidens. ſ. ſubſtētantis ad ſubſtentatum potentie ad actum ⁊ principij ad principiatum ſicut calor ignis non habet eſſe niſi ſubſtentetur in igne: ⁊ eſt forma accidentalis eius ⁊ orit̄ ex ipſo ſm quod aliquid participat iſtas conditiones poteſt dici accidentis ſubiectum ⁊ ſm quod ab iſtis habitudinibus recedit poteſt negari accidentis ſubiectuꝫ. vnde propter defectum prime que principalior eſt dicitur in primo poſteriorum. quot nulluꝫ accidens eſt ſubiectiue in alio accidente. Quia videlicet nullum accidens poteſt ſubſtentare aliud. ſed ſola ſubſtantia que eſt ens. per ſe alijs fulcimentum prebet eſſendi. Quia autem aliquod vnum accidens poteſt comparari ad aliud vt potentia ad actum. ⁊ quandoqꝫ vt proximum principium ad principiatum. ⁊ ideo conceditur etiam vnum accidens eſſe ſubiectum alterius. quēadmodum ſuperficies dicitur ſubiectuꝫ coloris: quia eſt in potentia reſpectu coloris. ⁊ dulcedo eē in calido ⁊ humido: quia cauſatur ex calido ⁊ humido. poteſt ergo quadruplicem intellectuꝫ habere dubitatio mota. Primo poteſt intelligi vt queratur an omne accidens habeat proprium vt ſubſtantiuum. Secundo an habeat ꝓprium ſubiectum vt potentiam. Tertio an habeat proprium ſubiectum vt principiuꝫ. Quarto an habeat proprium ſubiectum vt ſubſtantiuū potentie ⁊ pn̄cipium ſimul ſi queſtio ſit ſm primum ſenſum reſpōdetur negatiue quod. ſ. non omne accidens habet propriū ſubiectum in ratione ſubſtētantis vt probāt rationes primo inducte. multa enim ſunt accidentia que nullum proprium ſubſtentans ſibi vendicant. ſed communiter multis inſunt vt eorum ſeparatio oſtendit. ſeparantur nāqꝫ a ſubſtātia ſubſtentante ea naturaliter remanente: quod de proprijs accidentibus dici non poteſt. Eadem quippe ſubſtantia abſqꝫ ſui mutatione contraria ſubſtentat vt dicit̄ in predicamentis. Si aūt iuxta ſecundū ſenſum dubitetur. Reſpondetur affirmatiue quot. ſ. omne accidēs habet proprium ſubiectum in ratione proprie potentie eo quot quilibet actus reſpicit propriam potentiam. ſicut enim actus reſpicit potentiam ſic talis actus taleꝫ potentiam ⁊ actus ſpecificus potentiaꝫ ſpecifice. Accidens autem omne actus. q̄dam eſt igitur omne accidens habet propriam potentiam cuius eſt actus propter quod tertio phyſicorum textu commenti decimi dicitur ad infirmitatem eſt alia a potentia ad ſanitatem eo quot ſanitas eſt aliud ab infirmitate. ⁊ duodecimo metaphyſice. longo proceſſu probatur principia predicamentorū eſſe eadem proportionabiliter. quia cuilibet actui propria reſpondet potentia. Si autem tertio ſenſu inquirat̄ reſpondetur negatiue. quot. ſ. non omne accidens habet aliq̄d ſubiectuꝫ proprium in ratione principij proprij eo quot habere ſubiectum propriuꝫ in ratione principij includit fluxuꝫ illius accidentis a tali ſubiecto in genere cauſe efficientis eo modo quo duorum effectuum ordinem inter ſeſe habentiū prius eſt cauſa effectiua eius quod neceſſario primi productionem ſequitur ſiue iſtud ſubiectum ſit receptiuuꝫ accidentis vt quo ſiue vt quod patet quot nō omne accidens fluit a ſuo receptiuo efficiente: ſꝫ multa ſunt reſpectu quorum receptiuum pure paſſiue ſe habet vt patet cum ſpecies rei ſenſibilis recipitur in medio ſiue in ſenſu. Si autēꝫ quarto modo intelligatur queſtio patet quid dicendum ſit. negatiue enim reſpōdere oportet. ſed aduertendum eſt quod hec que diximus intelligi debent. De accidentibus ſm ſeorſum acceptis actibus. ⁊ ſeorſum aptitudinibus. loquendo nāqꝫ de accidētibus. vt .s. Tho. in littera loquitur. ſ. non iudicando actualitates accidentium ſeorſum ab aptitudinibus: dicerē quot omne accidens ſecundum ſuam radicalem aptitudinem habet aliquod ſubiectum proprium in rōne ſubſtentantis potentie ⁊ principij licet non ſm ſuam actualitatem eo quod aptitudo ad tale accidens nō eſt niſi in tali gradu ſubſtantiali fluat mediate vel immediate. Et cōſequenter niſi in tali gradu ſubiectiue ſubſtentetur. Immediate vel mediate verbi gratia lumē ſm ſuam actualitatem ⁊ ſubſtantiam licet ſit ab extrinſeco. ⁊ ſic accidēs ſeparabile tamen ſm ſuam inchoationem ſeu radicalem aptitudinem puta diaphaneitatem eſt inſeꝑabile ⁊ fluit a certo gradu ſubſtātiali cōmuni ſuperioribus ⁊ inferioribus. ⁊ ſimiliter ſedere licet ſit accidens per accidens: tamen ſm ſuam aptitudinem eſt proprium ⁊ non natum conuenire niſi certo enti puta animali tali ⁊c̄. Fluit enim aptitudo ad ſedēdū ex ſuis principijs ſimiliter ⁊ videre licet ſit accidēs ſeparabile. Radicalis tamen aptitudo ad videndum ſeparari a tali animali non poteſt. Ex his patet quomodo ad vtrāqꝫ partem rationes adducte verū concludunt diuerſimode. nam loquendo de accidētibus ſm ſuas eſſentias ⁊ actualitates concluſio rationum primo adductarum conceditur accipiendo ſubiectum in ratione ſubſtentantis ⁊ principij. In ratione autem potentie falſa eſt concluſio vt dictū ē. nec probatio cōtra hunc applicata ſenſum valeret eo quot cum dicitur quot proprium cōuenit ſoli omni ⁊ ſemp̱ intelligitur de ipſo proprio non ſm ſuam actualitatem: ſed ſm aptitudinem. ⁊ ſimiliter cum dicitur quot ad corruptionem proprij deſinit ſubiectum. Intelligitur ſi corrumpitur ſm aptitudinem non autem ſm actum vniuerſaliter loquendo. vel dicatur quot inſeparabilitas ⁊ huiuſmodi non conuenit accidenti vt reſpicit ſubiectum in ratione proprie potentie. ſed vt ſubſtantiuum ⁊ principium. loquendo autem de accidentibꝰ ſm ſuas aptitudines patet quomodo rationes peccant. Dico enim quot nullum accidēs eſt ſeparabile ſm aptitudinem radicalem ſaltem ſed coeuum ſubiecto neceſſario: ⁊ quod corrupto accidente ſm taleꝫ aptitudinem oportet ſubiectum corrumpi. ratio autem in oppoſitum adducta concludit quot omne accidēs habet ſubiectū de quo per ſe predicatur ſm ſe vel ſm ſuā aptitudinem. Cum enim eius ſit actus cuius eſt potētia vt dicitur inde ſomno ⁊ vigilia idem ſubiectū erit quod cadit in diffinitionem accidentis ſm aptitudinem ⁊ ſm actum ſicut homo debet poni non ſolum in diffinitione riſibilis ſed riſus. ſtant ergo iſta duo ſimul quot accidēs ſm ſuam actualitatem non habeat proprium ſubectum cui vniuerſaliter ſoli ⁊ ſemper inſit. ⁊ tamen habeat proprium ſubiectum per quod diffiniri debeat: quia ad hoc ſecundū ſufficit quod ſm ſe vel ſm ſuā aptitudinē per ſe de illo ſubiecto predicetur. Ad primum v̄o ſufficit accidens ſm ſe tantū non predicari per ſe de ſubiecto.

¶ Sequitur textus.

¶ Sciendum eſt autem quot in accidētibus alio modo ſumitur genus differētia ⁊ ſpecies quā in ſubſtantiis. quia enim in ſubſtantiis ex materia ⁊ forma ſubſtāriali fit per ſe unū una quedam natura ex eorum coniunctione reſultante que proprie in predicamento ſubſtantie collocatur. Ideo in ſubſtantiis nomina cōcreta que compoſitum ſignificant proprie in genere eſſe dicuntur ſicut genera uel ſpecies ut

homo. uel animal non autem forma uel materia eſt in predicamento hoc modo niſi per reductionẽ ſicut principia in genere predicamẽtorũ eſſe dicuntur. ſed ex accidente ⁊ ſubiecto non fit unum per ſe. vnde non reſultat ex eoꝝ coniunctione aliqua natura cui intentio generis uel ſpeciei poſſit attribui vnde nomina accidentiũ concretiue dicta nõ ponuntur in predicamento ſicut ſpecies uel genera. ut album uel muſicũ niſi per reductionem: ſed ſolũ ſm qđ abſtracta ſignificant ut albedo ⁊ muſica.

¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur quomodo accidentia ſe habeant ad intentiones logicas. ⁊ primo quomodo ſe habent ad eſſe in predicamẽto. deinde vnde ſumant̃ ex eis genus ⁊ differentia: quo ad primũ ponit duas concluſiones. ſ. accidentia in concreto nõ ſunt proprie in predicamento ⁊ accidentia in abſtracto ꝓprie ſunt in predicamento. Ad quarum euidentiam ſciendũ eſt quod accidentia habent vnum modũ eſſendi. ſ. eſſe in alio. non enim ſunt niſi inſint alicui. habent autẽ duos modos intelligendi eo quod ĩtellectus eſt nactus ea que ſunt adunata in re diuidere. Intelliguntur eniꝫ quãdoqꝫ coĩtelligendo ſibi ſubiectum cui inſunt: ⁊ tũc intelligunt̃ per modum accidentis eo quo ⁊ accidentis eſſe eſt in alio eſſe. Quandoqꝫ võ intelliguntur ſolitarie nõ coĩtelligendo ſibi eis ſubiectum cui ſm reꝫ inſunt: ⁊ tũc intelligunt̃ per modum ſubſtantie eo quot eſſe per ſe. i. ſolitarie ſoli ſubſtantie conuenit. Accidentia enim ſemꝑ comite egent Cum autem modus ſignificandi non fundetur ſuꝑ modo eſſendi: ſed intelligendi ſicut habent duos modos intelligendi ſic habent duos modos ſignificãdi: vnde ſignificantur quandoqꝫ conſignificando ſubiectum: ⁊ tunc ſignificantur per modum accidentis: ⁊ vocantur ſignificata in concreto: vt album nigrum ⁊c̃. quandoqꝫ võ ſignificantur ipſa ſola abſqꝫ. ſ. ſubiecti cõſignificatione: ⁊ tunc ſignificantur per modum ſubſtantie: ⁊ vocantur ſignificata in abſtracto vt albedo ⁊ nigredo. Abſtractum enim ⁊ concretum in accidentibus: licet differãt in modo ſignificandi. i. penes conſignificare ſubiectũ ⁊ non conſignificare aliud. Conueniunt tamen in ſignificatione ipſius forme accidentalis. Album enim puram qualitatem ſignificat ſicut in predicamentis ſicut ⁊ albedo: ſed album ſignificat albedinem in ſubiecto. Albedo autẽ ſignificat albedinem abſqꝫ illo: quia igitur accidentia in concreto totũ coniũctum important puta ſicut albũ albedinem in ſubiecto. Coniunctum autem hoc non eſt vnum per ſe: ſed vnum ⁊ ens per accidens. id autem quod in predicamẽto reponitur debet importare vnum ⁊ ens per ſe cũ predicamenta diuidant ens per ſe. 5° metaphyſice. textu cõmenti. 14. ideo accidentia in concreto non proprie reponuntur in predicamento. ⁊ hec eſt ratio qua in littera prima concluſio probatur que ſic fortificari poteſt. nullũ nomen importans ens: ⁊ vnũ per accidens eſt proprie in predicamento. concretũ accidentale importat vnum ⁊ ens per accidens: ergo nomen concretũ accidentale nõ ponitur in predicamento proprie ⁊ per ſe. Ad declarationem minoris ponitur differentia patet concretum ⁊ accidentale ⁊ ſubſtantiale in hoc quot ſubſtantiale importat compoſitum ex materia ⁊ forma. ⁊ taleſ eſt vnum per ſe ⁊ ideo reponitur in predicamento genus vel ſpecies. accidentale võ importat ex ſubiecto compoſitum ⁊ accidẽte quod eſt vnum per accidens. ex accidente enim ⁊ ſubiecto non fit niſi vnum per accidens: vt dicitur 7° metaphyſice. ⁊ ideo nõ debet poni in predicamento niſi reductiue eo modo quo res impura ad ſue puritatem nature reducitur. Et ſic remanet ſecunda ꝯcluſio vera quod accidentia. ſ. in abſtracto. In predicamento ſpeciei generis predicationem ſuſcipiunt. Aliter omnino a predicamẽtis

Quõ dñt ꝯcretũ ſubſtãtiale ⁊ accidentale.

accidentia ſunt excludenda. Cum autẽ audis abſtractũ ſolam formam importare nõ ideo hoc dictum putes ꝙ abſtractum ſubiectum forme a ſe omnino excludat. hoc enim falſum eſt: ſed ideo quia abſtractum ex modo ſuo ſignificandi quo ſolo differt a concreto non includit ſubiectum principaliter. ſed ſecũdario: ⁊ ex conſequenti quot ex conuenientia ⁊ differentia inter ea ex modo ſignificãdi perſuaderi poteſt. Cõueniũt enim in hoc quot tam abſtractum ꝙ̃ concretum ex modo ſignificandi importãt duo. ſ. quod ⁊ quo ſeu ſubiectum ⁊ formaꝫ. Idem enim importat diffinitio ⁊ diffinitum licet alio mõ. Diffinitio autem vtriuſqꝫ importat vtrunqꝫ dictorum vt exẽplariter patet. ſimitatem enim dicimus curuitatem naſi ⁊ ſimum naſum curuum. quot autem hoc ſit ex modo ſignificãdi ex eo clarum eſt quot tam abſtractum ꝙ̃ cõcretũ puram formam ſignificat: vt in predicamentis teſtatur Ariſt. Differunt autem abſtractum ⁊ concretum ex varietate modi ſignificandi in hoc quot concretũ importat ex modo ſignificandi principaliter ſubiectum ⁊ ſecundario formam. abſtractum võ principaliter importat formam ⁊ ex conſequenti ſubiectuꝫ. ¶ Aduertendũ nãqꝫ eſt quot contrario ordine ſe habent ſubiectũ ⁊ forma ad ſignificationem nominis concreti ⁊ eius modum ſignificandi. Importat enim concretum ratione ſignificationis primo formam ⁊ ſubiectum non niſi ex ꝯſequenti copula; quo ad modum võ ſignificãdi primo ſubiectum ⁊ ex conſequenti formam importat. Cuius ſignũ eſt ꝙ in diffinitione concreti exprimitur primo ſubiectũ ꝙ̃ genus quod prima pars eſt vt genus diffiniti ⁊ forma. ſecundo loco ponitur quaſi differentia. Dicimus nãqꝫ ꝙ ſimum eſt naſus curuus. abſtractum võ ⁊ ex ſignificatione ⁊ ex modo ſignificandi primo formam importat. Secundario autem ⁊ ex conſequenti ſubiectum. In cuius ſignũ in diffiniti diffinitione forma ipſa primo exprimitur genus. ſubiectum autem ſecundario loco differentie vt patet. Cum dicitur ſimitas eſt curuitas naſi. oritur autem hec differentia ex eo quot concretũ importat habitudinem inter ſubiectum ⁊ formã prout incipit a ſubiecto ⁊ terminatur ad formam. Abſtractum võ importat habitudinem inter formam ⁊ ſubiectuꝫ prout incipit a forma. ⁊ terminatur ad ſubiectum vt in exemplis datis apparet. ex hoc enim quot habitudo importata per concretum importatur ex modo ſignificandi vt incipiẽs a ſubiecto ſequitur quot ꝑmo importet ſubiectũ a quo incipit ⁊ ſimiliter ex hoc quot habitudo importata per abſtractum important̃ ex modo ſignificandi vt incipiẽs a forma cõſequens eſt vt primo importet formã a qua incipit. cauſa autem huius diuerſitatis eſt quia concreta ad compoſita ſignificanda ſunt inuenta. Compoſitio aũt a ſubiecto oritur. Abſtracta võ inuenta ſunt ad ſignificãdas formas apud nos inuentas ſimplices quidem. ſed a quibus denominatio ad ſubiecta deriuatur. vnde ⁊ cõcreta compoſitum quid ſonant. abſtracta võ formas. vt cadentes tamen ad ſubiecta. non igitur propterea dictuꝫ eſt quot abſtractum ſolam formam importet: quia nullo modo copulat ſubiectum: ſed quia ex modo ſignificãdi compoſitũ non ſonat: nec principaliter importat ipſũ ſubiectum queadmodum concretum: ſed extrinſece tantum vt terminum habitudinis forme ſignificate. aduerte hic quod de abſtracto ⁊ concreto quomodo ſunt in predicamento aliter metaphyſicus ⁊ aliter logicus iudicabit. Cum enim apud metaphyſicum qui res ſm ſuas eſſentias conſiderat ⁊ non ſcđm modos intelligendi vel ſignificandi abſtractum ⁊ concretum non differant eo quot eadẽ res abſtracte. ⁊ concrete ſit ſignificata. Dicet ipſe ſicut abſtractũ. ita cõcretum ⁊ in genere eſſe. res enim per ſuam eſſentiaꝫ ingreditur vel egreditur genus metaphyſicaliter ſumptũ. i. rem generis ⁊ non per modum ſignificandi. vnde nõ dicet metaphyſicus. Album eſſe ens per accidens. ſed hoc album: vt patet 5° metaphyſice. textu cõmentorum. 13. ⁊. 14. ⁊ 7° eiuſdẽ textu. commenti. 16. logicus autem qui non res ſm ſuas natu

ras: ſed ſuas intentiones adiunctas. primis intellectis ac ſignificatis conſiderat. Dicet abſtractum eſſe in genere. Concretum vº non quia res nomine abſtracto ſignificata poteſt denominari ſpecies vt albedo ⁊ genº vt color. Concretum vº non propter alietatem modi ſignificandi vt dictum eſt. cauſa autem quare alietas modi ſignificandi hanc varietatem logico prebeat. ⁊ quia modus ſignificandi preuenit ſecundas intentiones ⁊ fundat quodāmodo ipſas. Licet enim tam modus ſignificandi ꝙ ſecūda intentio conueniant in hoc quot ſequantur rem: non ſm ſe. ſed vt intellectam prius tamen rem ⁊ intellectam ſequitur modus ſignificandi ꝙ ſecunda intentio eo quot modus ſignificandi nihil aliud eſt ꝙ ſignum modi intelligendi ſicut vox ſignificans eſt ſignum rei intellecte. vnde ſicut vox ſignificatiua. prius ſequitur rem intellectam ꝙ ſecunda intentio ita eius modus ſignificandi modum intelligendi vt totus ordo pertinentium ad nomina prime intentionis precedat ordinem eorum que pertinent ad nomina ſecunde intentionis. Quia igitur ſecunde inentiones res. vt intellectas ⁊ ſignificatas. Denominant ⁊ non abſolute: ideo ſtat eandem rem diuerſimode intellectam ⁊ ſignificatam denominari ſpeciem ⁊ non ſpeciem. ⁊ conſequenter eſſe directe in predicamento ⁊ nō eſſe directe. in eo ſicut eadem natura humana ſignificata nomine hominis ſpecies eſt ſignificata vero nomine humanitatis ſpecies non eſt. ſed ſpeciei proprium. vnde in propoſito apud logicū res illa que albedinis nomine intelligit̄ diuerſimode ſignificata in predicamēto eſſe affirmatur ⁊ negatur. Si enim in abſtracto ſignificatur cum ſic ſpeciei denominationem habeat in predicamento reponitur. ſi autem in concreto ſignificetur cum ſic ſpeciei vel generis denominationem non habeat quia rem extraneam ex modo ſignificandi includit in predicamento directe eſſe negatur. Et quia intentio ſancti Thome eſt declarare quomodo accidentia ſe habeāt ad intentiones logicas: ⁊ non ad cuius generis rem pertineant: ideo cōcretum accidentale a predicamentis ſeparauit. Cum his omnibus aduertas quod aliquod facit rez reponi in predicamēto dupliciter vno modo vt ratio reponendi ipm in predicamento alio modo vt conditio ſine qua nō ratio reponendi rem in genere ſiue ſpecie tam apud logicum ꝙ apud metaphyſicum eſt eſſentia illius rei. res enim ꝑ ſuam eſſentiam ad genus ⁊ ſpeciem diffinitur. Conditio autem ſine qua non eſt modus ipſe ſignificandi. ⁊ in predicamento quidem ſubſtantie conditio ſine qua res non ſuſcipit generis vel ſpeciei ⁊c. denominationem eſt modus ſignificandi in concreto. in predicamentis autem accidentium conditio ſine qua non eſt modus ſignificandi in abſtracto. propterea cum dictum eſt concretum accidentale nō directe reponi in predicamento apud logicū Intellige hoc propter defectum conditionis ſine qua nō propter defectum rationis reponēdi. ⁊ ſimiliter cum dicitur quod humanitas ⁊ vniuerſaliter abſtractū ſubſtantiale non eſt in genere ſubſtātie intellige propter defectū conditionis ſine qua nō: ⁊ nō rationis reponendi.

¶ Sequitur textus.

¶ Et quia accidentia non cōponuntur ex materia ⁊ forma: ideo non poteſt in eis ſumi genus a materia ⁊ differētia a forma ſicut in ſubſtantiis compoſitis. ſed oportet ut primuz genus ſumatur ex ipō modo eſſendi ſm qᵒ ens diuerſimode ſm prius ⁊ poſterius de. x. generibus predicatur ſicut dicitur quantitas ex eo quot eſt menſura ſubſtantie ⁊ qualitas ſm quot eſt diſpoſitio ſubſtantie. ⁊ ſic de aliis ſm philoſophum in. xi. metaphyſice.

¶ Hic declaratur vnde in accidentibus ſumatur genus ⁊ differentia propoſitionibus tribus. Prima eſt genus ⁊ differentia non ſumuntur in eis ex materia ⁊ forma. Secunda eſt genus ſumitur primū ex primo modo eēndi quo predicamentū ipſum pars entis cōſtituerit. Tertia eſt: differentie ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum. Prima patet ſic in compoſitum ex materia ⁊ forma nō poteſt habere genus ſumptum a materia ⁊ differentia ⁊ forma. Sed accidentia ſunt in compoſita ex materia ⁊ forma. Igitur nō poteſt in eis ſumi genus a materia ⁊ differētia a forma ſicut fit in ſubſtantijs compoſitis quod qualiter intelligenduz ſit ſupradictum eſt. Secunda patet ſic: primū genus oportet explicare eſſentiam ſm propriam potentiam que eſt in ea ſicut vltima differentia debet explicare eſſentiā ſm vltimum actum: ſed eſſentia accidentis ſm modū illum quo pars entis conſtituitur habet propriam potentiam. ergo ex illo modo ſumendum eſt genus primū. Intelligendum eſt hic. Primo ens diuidi per quoſdam modos in predicamēta ſicut quodāmodo genus in ſpecies per differentias. Ita quot ſicut ſpecies per id quo generis partes efficiuntur ineſſe ſpecifico cōſtituuntur ita predicamenta per id quo partes entis fiunt in eſſe generaliſſimo conſtituuntur. ⁊ ideo modi proprij quibus ens ad quodlibet predicamentuz deſcendit ſunt illi penes quos prima genera conſtituta ſunt. ſunt aūt iſti modi per ſubſtantiuum menſuratiuum diſpoſitiuum relatiuuz actiuū vt dicitur 5º metaphyſice. textu commenti. 14. Notandum eſt ſcdo quot cum genus ſumitur a re ſm id quo habet rationem determinabilis primum genus ſumendum eſt a re ſm id quo primo habet rationem determinabilis. primo autez habet rationem determinabilis res ſm primum ſui gradum concepta. primus autem gradus rei is eſt quem res ex modo illo ſortitur quo proprium vbi locuz inter partes entis vendicat: ⁊ ideo primum genus ſumptum ab illo modo entis importat rem vt primo determinabile. ⁊ propterea iſta ſe conſequuntur ſumi a re ſm propriam potentiam eius. i. ſm id a quo primo habet rationem determinabilis ⁊ ſumi a re ſm modum illum quo entis pars fit. ⁊ ſic pȝ aſſumpta ratio.

¶ Sequitur textus.

¶ Differentia vº in eis ſumuntur ex diuerſitate principiorum ex quibus cauſantur. ⁊ quia proprie paſſiones ex propriis principiis ſubiecti cauſantur: ideo ſubiectum ponitur in diffinitione eorum loco. differentie ſi in abſtracto diffiniantur ſm quod ſunt proprie in genere ſicut dicit̄ quot ſimitas eſt naſi curuitas. ſed ecōuerſo eſſet ſi eorum diffinitio ſumeretur ſcdm quod concretiue dicuntur. ſic enim ſubiectum in eorum diffinitione poneretur ſicut genus: quia tunc diffinirentur per modum ſubſtantiarum compoſitarum in quibus ratio generis ſumitur a materia ſicut dicimus quot ſimum eſt naſus curuus. ſimiliter etiam eſt ſi vnum accidens alterius accidentis principiuz ſit: ſicut principiū relationis eſt actio ⁊ paſſio ⁊ ꝗ̄titas. ⁊ ideo ſm hec diuidit philoſophus relationē in qnto metaphyſice.

¶ Hic ponitur tertia propoſitio ſcilicet quod differentie ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum ⁊ declaratur a poſteriori. Signum enim quod differentie ſumantur ex diuerſitate propriorum principiorum eſt quot in diffinitione accidentium in abſtracto que proprie habent genus ⁊ differentias. ſubiectum ponitur loco differentie. hoc enim nō eſſet niſi accidentia differrent penes ſua propria principia. ꝑpterea enim proprie paſſiones differunt inter ſe quia principia

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA MADRID

ſubiecti ex quibus cauſatur inter ſe differũt. ⁊ quia poſſet aliquis ſignum hoc inficiari dicens quod ſubiectũ proprium quandoqꝫ ponitur in diffinitione proprij accidentis loco generis ⁊ non differentie: ideo ad hanc obiectionem excludendaꝫ ſubditur: l. econuerſo eſſet ⁊c. ⁊ vult dicere quot licet ita ſit quot quãdoqꝫ ponatur ſubiectum in diffinitione proprij accidentis loco generis ⁊ nõ differentie: quia tamen hoc nõ fit niſi cum accidens in ↄcreto diffinitur. quod vt ſic nõ eſt in genere. Ideo hoc nõ obſtat noſtre ſententie qua accidentis differentiã ſm quod in predicamento eſt vnde ſumenda ſit declarauimus. cã enim quare in diffinitione accidentis in cõcreto ſubiectuꝫ ponitur loco generis non eſt ipſa natura accidentis. ita ꝙ ſubiectũ eius eẽntia pro genere ſibi vendicet. ſed eſt modus eius ſignificandi. quia enim concretũ ex modo ſignificandi importat totum coniunctum. ſ. accidens ⁊ ſubiectum: ideo quot modum rerum diffinit compoſitarum in quibus genus ſumitur a materia ⁊ differẽtia a forma ⁊ propterea ſubiectum cũ ſe habeat vt materia loco generis ponitur ⁊ natura generis ſumũ eſt. Cum ſe habeat vt forma loco differẽtie ponitur ⁊ dicitur naſus curuus. non ſic autẽ eſt cum diffinitur accidens in abſtracto. tunc eniꝫ ponitur vt genus id quod eſſentia ipſius accidentis determinat ſibi vt genus. ⁊ ponitur loco differentie id a quo accidens ſm naturam ſuam ſpecificam differentiaꝫ trahit. ſ. ſubiectum proprium ⁊ dicitur ſimitas: ⁊ curuitas naſi. Manifeſtum quoqꝫ fit hoc. ſ. quot differentie accidentium ſumuntur ex diuerſitate principiorum propriorum non ſolum quando accidens immediate cauſat a ſubſtantia: ſed etiam quando vnum accidens eſt alterius principium proprium: tunc differentias ſortiunt accidentia cauſata penes diuerſitatem accidentium cauſantium: vt patet de relationibus: quare differẽtia attendit penes ſua fundamenta ſeu cauſas puta actionem paſſionum ⁊ quãtitatem: vt patet ⁊ ex diuiſione. Diuiſione relatiuorum facta ab Ariſto. 5° metaphyſice. textu cõmenti. 20. ⁊ per hoc excludit obiectio alia que poſſet fieri de ſecunda ⁊ tertia paſſione eiuſdẽ ſubiecti. poſſet enim aliquis dicere quomodo alia eſt differentia ſecunde paſſionis a differentia prime ſi ex principijs ex quibus fluit paſſio differentia ſumitur: Quãdoquidem eadem ſunt principia a quibus fluunt prima ⁊ ſecunda. Excluſa enim eſt hec obiectio per hoc quod dictum eſt ꝙ quando vnum accidens eſt principiuꝫ alterius. Differentia poſterioris accidentis non ex diuerſitate remotorum principiorum: ſed propriorum attenditur. ⁊ ideo cum prima paſſio ſit principium ſecunde nõ ſunt eadem propria ⁊ immediata principia prime ⁊ ſecunde.

Sequitur textus.

**Sed quia propria principia accidentiũ nõ ſemper ſunt manifeſta: ideo quandoqꝫ ſumimus differentias accidentium ex rerum effectibus ſicut congregatiuum ⁊ diſgregatiuum viſus dicuntur differẽtie coloris que cauſant ex abũdantia ⁊ paucitate lucis ex qua diuerſe ſpecies coloris cauſantur: ſic g̊ patet quomodo eſſentia eſt in ſubſtantiis ⁊ accidentibus. ⁊ quomodo in ſubſtantiis compoſitis ⁊ ſimplicibus. ⁊ quomodo intentiones logice vniuerſales in eis. Inueniuntur excepto principio quod eſt infinite ſimplicitatis cui non cõuenit ratio generis ſpeciei. ⁊ per ↄſequens nec diffinitum preter ſuam ſimplicitateꝫ. In quo ſit finis ⁊ conſumatio huius ſermonis.**

Quia poſſet tertio aliquis dubitare de hoc quod dictum eſt. ſ. quod differentie accidentium ſumunt ex eorum proprijs principijs. ⁊ hoc qđ quandoqꝫ ſumimus eorum differentias ab effectibus ſicut albedinis ⁊ nigredinis differentias dicimus congregare ⁊ diſgregare viſum: ideo ad hanc dubitationem tollendam dixit qđ hoc contingit non ex natura ipſorum accidentium: ſed ex nobis quibus propria principia accidentium occulta cũ ſint opus eſt ex effectibus notioribus differentias ſumere: que differentias veras quodãmodo nobis inſinuent nobis ſicut in exemplo propoſito liquet. albedo enim ⁊ nigredo differunt a priori ex paucitate ⁊ abũdantia. ⁊ paucitate lucis. lux enim in opaco corpore exiſtens aliqualiter obumbrat albedinem conſtituit. valde autem obumbrata nigredinem a poſteriori autem differunt congregare ⁊ diſgregare viſus. ex hoc enim contingit diſgregare: quia ibi eſt ſatis de luce ⁊ non econuerſo. ⁊ quia abũdantia ⁊ paucitas lucis non ita nobis manifeſte ſunt ſicut cõgregare ⁊ diſgregare. ideo loco propriarum differentiarum congregatiuum ⁊ diſgregatiuum ponimus dicentes. Quot albedo eſt color diſgregatiuus viſus. nigredo vero congregatiuus. hic aduertas quot non dixit ſubiectum eſſe differentiam accidentis: ſed poni loco differentie. habent enim proprium genus ⁊ propriam differentiam ſui generis: que tamen abſqꝫ ſubiecto nõ poſſit explicari completa. ⁊ ideo omnino oportet ſubiectum in diffinitione accidentis cadere: vt dictuꝫ eſt: vltimo epilogus fit eorum que dicta ſunt in quorum explicatiõe meã opinionem ita prolatam eſſe volo vt vbi veritati conſentanea inuenta non ſunt ⁊ ingenio ⁊ etati venia det. Adoleſcentiam enim adhuc ago. vbi autem veritatis tramitem ſecuta videbitur gratiarꝫ debite actiões diuo Tho. habeantur a quo quicquid veri eſt didici.

Expliciunt cõmentaria fratris Thome caietani ſacre theologie ac ordinis predicatoruꝫ profeſſoris in libellũ diui Thome aquinatis de ente ⁊ eẽntia anno Xpiane ſalutis. M. cccclxxxxv.

¶ Diui Thome aquinatis ſacri ordinis fratrum predicatorum Aureum ⁊ inſigne opuſculum de ente ⁊ eſſentia feliciter incipit.

Prohemium.

q Uia paruus error in pricipio magnus eſt in fine ſm phȝ primo celi ⁊ mundi. Ens autem ⁊ eſſentia ſunt que primo in intellectu cōcipiuntur :ut dicit Auicena in ſua metaphyſica.

¶ Eximii ſacre theologie doctoris fr̄is Armandi de beluiſio ſacri ordinis predicatorū i inſigne ⁊ aureū opuſculum de ente ⁊ eſſentia diui Thome aquinatis eiuſdē ordinis preclariſſima cōmentaria incipiunt feliciter

¶ Lectio prima.

l Ibellus iſte cuius ſbm vel materia eſt eſſentia in p̄ma ſui diuiſiōe diuiditur in ꝑtes duas.ſ. ꝓhemium ⁊ tractatū. Secūda pars ibi. (Sciendū eſt igitur) ꝓhemiū āt diuiditur in tres partes. Q: i p̄ma pte ponit cā neceſſitatis cōponendi hunc tractatū. In 2ª explicat intētio. In 3ª declat ordinē ꝓcedendi: ſcōa ibi. (Ne ex eoꝝ). tertia ibi. (qui vo ex cōpoſitis.) Quātū ad primā ꝑtem itendit talem rōnem. Quicunqȝ errat circa p̄ncipia: magis errabit circa p̄ncipiata. Sed ens ⁊ eſſentia ſunt p̄ncipia oīum intellectualiū opationū. ergo qcūqȝ errat circa nāȝ entis ⁊ eēntie errat circa oēs opatiōes itellectuales. Sed hoc ē valde incōueniens: cū ꝑfectio nr̄a itellectiua cōſiſtat in itellectuali opatiōe vt dicit phs in .11. metaphyſice. ergo neceſſe fuit cōponere aliquē libellū in quo nā entis ⁊ eſſentie oñderet. Circa hāc rōnem ſic ꝓcedit. q: p̄mo ꝓbat maiore ꝑ phm qui dicit in libro de celo ⁊ mūdo. paru⁹ error in p̄ncipio magnus ē in fine. Secūdo ꝓbat per auctoritatē Auicē. q dicit ꝙ ens ⁊ eēntia ſunt que p̄mo itellectu cōcipiunt. ¶ Circa hec que dicta ſunt duo ſūt notāda. Primū quō v̄ificat auctoritas phī. Scōm quō etiā auctoritas Auicē. ¶ Quantū ad p̄mum ſciendū eſt ꝙ oīa p̄ncipiata continent virtualr̄ in ſuis p̄ncipijs: qcunqȝ p̄ncipiata ſint illa ſiue ſint ꝑ modū illatiōis: ſicut ꝯclōs q̄ virtualiter cōtinentur in p̄miſſis. Dico notanter virtualr̄ quia ſi nō eēt virtualiter: in oī ſyllō fieret nugatio. ſiue ꝑ modū efficientis ſicut iſta inferiora que virtualr̄ cōtinentur in corporibus ſupceleſtib⁹: q: ſupiora corpa habent efficere iſta inferiora. vnde homo ⁊ ſol generat hominem. ſiue per modū alicuius cōtinentie vel p̄dicatiōis ſic minus vl̄ia ſub magis vl̄ibus continentur virtualiter ⁊ q: ſic in ipſis virtualiter cōtinentur. ideo error ⁊ falſitas q̄ accidit in principijs redundat in ſua principiata: ⁊ q: ad vnum p̄ncipium multa ſequūtur p̄ncipiata. Iccirco paruus error in p̄ncipio magn⁹ ē in fine. ¶ Quantū ad 2m eſt ſciendū ꝙ ſm phm p̄mo phycoꝝ intellectui noſtro. p̄mo occurrūt magis confuſa: vt ſunt magis vl̄ia: vt ibidem expōitur. Cuius ratio eſt: quia intellectus nr̄ in ſua cognitione ꝓcedit de potentia in actū: quia in p̄ncipio eſt in pura potentia ad oēs ſpēs intellectuales. oī aūt ꝓcedēti de potentia in actum: p° occurrunt actus imperfecti: ſicut pȝ in generatiōe nāli. nam in embrione p̄us debȝ eē potentia negatiua: deinde potentia ſenſitiua: deinde rōnalis potētia. ⁊ ſicut p̄us occurrit impfectū. cū ergo actus vl̄es ſiue ꝯfuſi ſint impfecti. ⁊ quāto vl̄iores: tāto impfectiores: ⁊ ens ⁊ eſſentia ſint vl̄iſſima. ſeqtur ꝙ ens ⁊ eſſētia ſint que p̄mo intellectu cōcipiuntur. vt dicit auiceñ.

Ratio q̄re paruus error in principio magnus eſt in fine

Rō quare ens ⁊ eſſētia ſint q̄ p° intellectu cōcipiuntur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Ideo ne ex eoꝝ ignorantia errare contingat. Ad horū difficultatē aperiendā dōȝ ē qd nomine eēntie ⁊ entis ſignificetur. ⁊ quō in diuerſis inueniūtur. ⁊ quō ſe habeant ad intētiones logicas.ſ. genus: ſpēs: ⁊ differentias:

¶ In hac ꝑte doctor explicat ſuam intentiōem: ⁊ tangit tria. de quibus determinare intendit quia dicit ꝙ intendit determīare qd ſignificetur ꝑ nomē entis ⁊ eēntie. 2° quō inueniatur in diuerſis.ſ. in ſubijs tā ſimplicibus q̄ȝ cōpoſitis ⁊ in ipſis accidentibus. 3° qualr̄ eēntia ſe hēat ad intētiones logicas.ſ. ad gen⁹ ⁊ dr̄iam. Et q̄liter accipiatur eēntia: vtꝝ ſm ſe vel ꝓut eſt in ſuis inferioribus vl̄ ꝓut eſt in intellectu qñ ſibi attribuit aliqua intētio logicalis. ¶ Ad euideñ. iſtius ꝑticule. Sciēdū ꝙ ſm phm 2° poſterioꝝ. 4. ſunt qōnes: due ſimplices ſiue non cōponentes in numerū.ſ. an eſt. ⁊ quid eſt. que iō dicūt ſimplices. quia q̄ritur de eēntia rei ⁊ de cā talis eēntie: nihil aliud ſibi attribuendo: vt cū q̄ritur an hō ſit. poſtea queritur quid ſit. Alie due ſunt cōpoſite ſiue cōponētes i numerū. vt quia ē: ⁊ ꝓpter qd eſt. q̄ quidē dicūtur ponere in numeꝝ: q: q̄ritur de inherentia alicui⁹ ad aliud: vt cū q̄ritur vtꝝ homo ſit albus: ⁊ hoc dato q̄ritur cā talis inherentie: ꝓpter qd ſit albus. ¶ Ulterius eſt ſciendū ꝙ iſte q̄ſtiones ſic ſe hñt per ordinē. ꝙ due prime p̄cedunt duas vltimas ſicut ſimplicia p̄cedūt ꝯpoſita. ⁊ ſic ſe hñt p̄me adinuicē. ꝙ prima p̄cedit ſcōam: ⁊ .2. de neceſſitate p̄ſupponit p̄mā. Et eodē mō alie ſe hñt adinuicē. Et q̄uis ſolm de iſtis. 4. qōnib⁹ Ariſ. ibi faciat mētionē. Eſt tñ alia qō. q̄ oēs iſtas p̄cedat.ſ. qō qd ſignificet per nomen de qua facit mētionē in p° poꝝ: vbi arguit ꝯ negātes p̄ncipia tāqȝ ad vltimū refugiuȝ ad illā qōnē recurrit. vt pȝ in 4° meta. ⁊ q: iſta qō p̄cedit alias: ideo dicit doctor. ꝙ vult p̄mo dicere qd ſignificetur noīe entis ⁊ eſſentie. ¶ Quare aūt Ariſ. nō fecit mentionē de iſta qōne 2° poſterioꝝ. Diceñ. ꝙ ariſ. loquebat ibi de qōnib⁹ rei ⁊ realibus. iſta aūt qō eſt vocis ⁊ noīs. ⁊ iō ibi nō fecit mentionē de ea. Ubi notandū ꝙ qō. qd ſignificat ꝑ nomen: differt a qōne qd rei: tripliciť. Primo q: pōt ſciri ⁊ cognoſci. qd noīs. ignorato qd rei: nō aūt ecōuerſo. Scōo q: qd noīs eſt tam entiū q̄ȝ nō entium. qd rei aūt eſt ſolm entiū. vñ de hircoceruo pōt ſciri qd noīs. nō aūt qd rei: q: nō eſt: nec eē pōt in reꝝ nā. Tertio differt: q: qd noīs eſt p̄ncipiū inueſtigādi an aliquid ſit in reꝝ nā. ſed qd rei eſt p̄ncipiū inueſtigandi an aliqd ſit vel inſit alicui vt paſſio in ſubō. ¶ Deinde cū dicit.

Quot ſunt queſtiones ⁊ quis ordo eorū ad inuicem

Rō quare qō quid ē qō dicunt per nomē non ponit 2°. poſteriorum Qualit̄ differrat queſtio qd nominis i qōne quid rei

¶ Quia vo ex cōpoſitis cognitionē ſimplicium accipe debemus. ⁊ ex poſterioribus deuenire in priora vt a facilioribus incipientes conuenientior fiat diſciplina. Ideo ex ſignificatione entis ad ſignificationē eſſentie ꝓcedendū eſt.

¶ Hic ponit ordinē ꝓcedendi quē in iſto tractatu intendit ſuare. Et dicit ꝙ p° intendit determinare de ente. 2° de eēntia: ⁊ aſſignat talē rōnē: oīs tradēs aliquā diſciplinā: dȝ p̄us determinare de cōpoſitis ⁊ poſterioribus q̄ȝ de ſimplicib⁹ ⁊ p̄orib⁹. Sed ens eſt qd cōpoſitū ⁊ poſterius: eēntia vo eſt qd ſimplex ⁊ p̄us: ergo ex ſignificatione entis ad ſignificationē eēntie eſt ꝓcedendū. Circa hāc rōnē ſic ꝓcedit: q: p° ponit maiorē dicens ꝙ ex cōpoſitis ſimpliciū cognitionē accipe debemus: ⁊ ex poſteriorib⁹ in p̄ora deuenire: ⁊ aſſignat rōnē: q: ſi cōpoſita ⁊ poſteriora ſunt faciliora ad cognoſcendū in ſimplicib⁹ ⁊ prioribus ⁊ cōis diſciplina eſt a faciliorib⁹ in difficiliora ꝓcedere: ergo ⁊c. Sȝ nō ponit minorē. ¶ Notandū ꝙ aliqd pōt eē magis notū alio dupl̄r. Uno modo ſimpl̄r ⁊ ſm ſe ſiue ſm nām: ⁊ iſto modo ſimplicia ⁊ priora ſunt magis nota cōpoſitis ⁊ poſteriorib⁹. Et q̄to ſūt ſimpliciora: ⁊ p̄ora tāto ſm ſe ſūt notiora. Et q: deus eſt ſimpliciſſim⁹ ⁊ p̄or oīum. Iccirco eſt de ſe maxime notus.

Utruȝ ſimpliciora ſint rariora cōpoſitis aut econuerſo

Alio mõ põt eẽ aliqd eẽ magis notũ quo ad nos. ⁊ iſto° cõpoſita ⁊ poſteriora ſũt magis nota ſimplicib⁹ ⁊ p̃oribus ⁊ q̃to ſũt magis cõpoſita ⁊ poſteriora: tãto ſũt nobis notiora. Et q: ẜm Ari. in p̃° phẏcoꝝ. Innata ẽ nobis via a notioribus ad ĩnotiora deuenire. Jccirco bñ dr̃ in maiori ꝙ ex cõpoſitis ſimpliciũ cognitionẽ debem⁹ accipere ⁊ ex poſteriorib⁹ in p̃ora deuenire.

Qualr̃ cõcreta dicantur eſſe cõpoſita

¶ Ad euidẽtiã aũt maioris eſt ſciendũ ꝙ ꝯcretũ ⁊ abſtractũ ſic ſe hñt adinuicẽ ꝙ ꝯcretũ ẽ qd cõpoſitũ. abſtractũ v̓o qd ſimplex. q: lȝ albedo nõ poſſit ĩtelligi ſine ſb̃o p̄fecta intellectiõe: tñ de ſe dicit purã albedinẽ non informantẽ ſubiectũ nec ſibi ĩherentẽ. Sed ipſaȝ ſignificãt p modũ per ſe ſtãtis ſi poſſibile eẽt. Sed albũ dicit qd cõpoſitũ. q: licȝ dicat purã qualitatẽ de ſuo ſignificato: dicit tñ ipſaȝ q̃litatem. ſ. albedinẽ exñtẽ in ſb̃o. vñ ꝯcernit ſb̃m ⁊ de ſecundario ĩtellectu ip̃m ſb̃m ĩportat ⁊ cõnotat. Sȝ ita ſe hñt eẽntia ⁊ ens ſicut ꝯcretũ ⁊ abſtractũ: q: eẽntia dicit purã eẽntiaȝ. Sed ens dicit eẽntiam ⁊ eẽ alicuius. Et iõ dicit doctor ꝙ ens ẽ qd cõpoſituȝ: eẽntia v̓o ſimplex: ⁊ q: cõpoſitũ ẽ poſterius ſimplici. iõ ĩtelligẽduȝ ẽ ꝙ ens ẽ qd poſteri⁹: eẽntia v̓o p̃us.

Quid ſit obiectum ĩtell'r mltiplr̃

¶ Queritur h̓ qd ſit ob̃m intellectus. q: alicubi vr̃ ꝙ ens ſicut in p̃n° huius tractatus: vt pȝ p Auic. q dicit ꝙ p̃m qd obijcit ĩtellectui ẽ ens. illud aũt qd p̃mo obijcit intellectui ⁊ cuilibȝ alteri potẽtie eſt ob̃m eius. alicubi aũt inuenit qd ob̃m intellectus eſt qd qd ẽ: ſiue qditas rei ſicut in libro poſterioꝝ ⁊ meta. alibi ẽt dr̃ ꝙ verũ eſt ob̃m ĩtellectus ſicut bonũ ẽ ob̃m voluntatis: vt habet .6. meta. ¶ Ad euidentiã iſtoꝝ ẽ ſciendũ ꝙ qdlibȝ iſtoꝝ triũ põt dici ob̃m ĩtellectus diuerſimode tñ ſumẽdo ob̃m. Nam ob̃m alicuius potẽtie põt dici tripl'r. Uno° p eo ſub quo oĩa q̃ ſub illa potẽtia ĩtrant cõtinent. ⁊ iſto° ens ẽ ob̃m ĩtellectus. 2° mõ p eo qd ẽ p̃ncipalius: ⁊ p̄priũ maxĩe illius potẽtie. Et iſto mõ ꝙ qd ẽ ſiue qditas ẽ ob̃m ĩtellectus: ita tñ ꝙ qditas rei ĩmãlis ſiue ſenſibil' eſt ob̃m ĩtellectus: vt dicit. s. Tho. in p̃a pte ĩ multis locis. qditas v̓o ĩmãlis eſt obiectũ ĩtellectus ſepati. 3° mõ põt dici ob̃m potẽtie. id qd ẽ: rõ q̃re diuerſa cadũt ſub vna poa. ⁊ ſic verũ eſt ob̃m ĩtellectus q: quicqd ĩtelligit: ĩtellgit ſub rõe veri. ẽt ſi illud nõ ſit veruȝ. ⁊ ſic: qcqd appetit: appetit ſub rõne boni. ẽt ſi illud de ſe eẽt malũ. Hec aũt q̃ dicta ſũt manifeſtari p̃nt p oba aliarũ potẽtiaꝝ ⁊ p ſubiecta oĩm ſciaꝝ: q: ſicut ſe hñt ſciẽtie ad ſubiecta: ſic ſuo mõ ſe hñt potẽtie ad ſua obiecta. Sȝ dimitto cã breuitatis. Quid aũt hoꝝ triũ q̃ dicta ſũt verius ⁊ p̄pri⁹ dici debeat ob̃m ĩtellectus ſnĩe melioris indici derelinquo.

Utrũ eẽ ⁊ eẽntia differant realr̃.

¶ Q: v̓o in hoc tractatu de ente ⁊ eẽntia determinat vt ĩfra patebit: rõnabilit querẽdũ ẽ vtrũ eẽ ⁊ eẽntia ſint idẽ realr̃ in creaturis vel drãnt. vr̃ ꝙ ſint idẽ realr̃: q: certũ ẽ ꝙ creatio termĩat ad eſſe. q: ẜm auctorẽ libri de cãis. p̃ma rerũ creataꝝ ẽ eẽ. ſi g° eẽntia eẽt aliud ab eſſe realr̃: ſeq̃ret ꝙ crearet p accñs aut ꝙ eẽnt due creatões. Una q̃ daret eẽ: ⁊ alia q̃ crearet eẽntia: h̓ ſũt ĩcõueniẽtia. igit ⁊c. In oppoſitũ ẽ ꝙ pticipãs ⁊ pticipatũ drãnt realr̃. Sȝ eẽntia pticipat eẽ. g° ⁊c. ¶ Ad iſtã q̃ſtionẽ dr̃m ꝙ eẽ ⁊ eẽntia in creaturis drãnt realr̃. in deo aũt ſũt idẽ. cui⁹ rõ põt aſſignari. q: ſicut ſe hȝ mã ad formã ⁊ p̃uatiõeȝ: ita ſe hȝ eẽntia ad eẽ ⁊ nõ eẽ. q: ſicut mã recipit formã. ⁊ p̃uatio reijcit formã: ita eẽntia recipit eẽ ⁊ nõ eẽ ei⁹ oppoſitũ reijcit. Sed ita ẽ ꝙ mã differt realr̃ nõ ſolũ a p̃uatiõe. Sed ẽt a forma q: ẜm ph̓m p° phẏcoꝝ iſta ſũt tria p̃na realr̃ diſtĩcta. ſ. mã forma ⁊ p̃uatio. g° ſequtur ꝙ p̃uatio nõ ſolũ differt realr̃ ab eẽ. ſed ẽt a non eſſe. ¶ Ad arm̃ ẽ dr̃m ꝙ creatio nõ termĩat ad eẽ niſi ad eẽntiã ſub eẽ. Nã ſuppoſitũ ẽ qd quodãmodo cõpoſitũ ex eẽ ⁊ eẽntia ⁊ oẽs actiões. vt habet p° meta. ſũt ſingulariũ ſiue ſuppoſitoꝝ qd aũt dr̃ ꝙ creatio terminat ad eẽ. q: p̃ma reꝝ creataꝝ ẽ eẽ: nõ ẽ ĩtelligendũ ꝙ ip̃m eſſe ſit creatura ad quã creatio p̄p̄e terminet: ſed ẽ ĩtelligendũ ꝙ eẽ ẽ rõ q̃ aliqd terminet: ſicut color nõ dȝ dici obiectũ viſus. Sed coloratũ dr̃ tñ ob̃m viſus. q: color ẽ rõ formalis obiecti viſus. q: nihil vr̃ niſi rõne coloris: licȝ coloratũ ſit p̄p̄ie ob̃m viſus.

Utruȝ eſſe creat p̃us q̃ eẽntia vl' econuerſo

¶ Et ſi q̃rat qd p̃us creat an eẽ vl' eẽntia. Dicendũ realr̃ loq̃ndo ꝙ neutrũ p̃us alto creat ſed ãbo ſil'. Sed tñ rõ ꝯſideratiõis attendat. poterũt ibi aſſignari p̃us ⁊ poſterius. q: vtrũq; poterit. p̃us ab altero creari. Nã ſi ꝯſideret ꝙ eẽntia non põt dari niſi hẽat eẽ. ſic eẽ ẽ p̃us creatũ. ſed ſi ꝯſideret ꝙ eẽ creati nõ põt eẽ niſi recipiat in eẽntia. ſic eẽntia p̃cedit eẽ. Unde p̄p̄e loq̃ndo ſi creatũ ẽ ſuppoſitum eẽ ⁊ eẽntia ſunt concreata.

## ¶ Qd ens diuiditur dupliciter.

S Ciendũ ẽ ꝙ ſicut in .v. meta. ph̓s dicit ens p ſe dicit dupl'r. Uno mõ qd diuidit p .x. gnã. Alio mõ qd ſignificat p̄poſitionũ ueritatem.

## ¶ Lectio .ii.

P Oſtq̃ auctor p̃miſit p̄hemiũ. Nũc exeq̃t tractatũ. ⁊ tria facit. q: p° manifeſtat. vñ ſumat nomẽ eẽntie. 2° exeq̃t de eẽntijs rerũ. 3° epilogat oĩa q̃ ſũt dicta. 2a ibi. (Sed q: ens abſolute) 3a ibi. (Sic g° pȝ ꝙ eẽntia). vñ p̃a diuidit in tres ptes. q: p° ponit q̃dã drĩam ad ſuũ p̄poſitũ. In 2° declarat vñ dr̃ nomẽ eẽntie. In 3° q̃uo nom̃ eẽntie ꝯueniat cũ qditate ⁊ forma ⁊ nã. ⁊ q̃uo drãnt. 2a ibi. (nomẽ igitur eẽntie). 3a ibi. (q: vt dictũ ẽ) p̃a, enĩ diuidit in duas. q: p̃mo ponit diuiſionẽ. 2° decl'at mẽbra diuiſiõis aſſignãdo drĩam ĩter ea. 2a ibi. (hoꝝ ãt drĩa ẽ). Dicit ergo. Sciendũ ꝙ ſicut dicit ph̓s. 5. meta°. Ens p ſe diuidit dupl'r. Uno mõ qd diuidit in .x. gnã p̃dicamenta. ſ. ſb̃am q̃litatẽ ⁊ q̃titatẽ ⁊c. Alio mõ qd ſignificat v̓itatẽ p̄poſitionũ.

Quo modo ens diuiditur ⁊ q̃ ſit eius p̃ma diuiſio:

¶ Ad euidentiã iſti⁹ ptis ẽ ſciendũ ꝙ iſta ẽ p̃ma diuiſio entis. ꝙ entiũ aliud ẽ p ſe ⁊ aliud p accñs. Ens p accñs ẽ qd cõpoſitũ ex duob⁹ termĩs qd ens in nullo p̃dicamẽto ẽ. Ens aũt p ſe ſimplex termin⁹ ẽ. Ens ẽt p accñs diſtĩguit in duos modos. Un⁹ modus ẽ qñ duo ſũt ſic cõiũcta p accñs ꝙ vnũ accidit alteri vt hõ alb⁹. Scd̃s modus ẽ qñ duo accñtia accidũt alicui. 3° vt albũ ⁊ muſicũ q̃ accidũt Petro. Poſſet addi ẽt terti⁹. ſȝ nõ ita p̄p̄ie: vt qñ vnũ accidit duob⁹. tũc illa duo p̃a dñr vnuȝ ens p accñs vt Petr⁹ ⁊ Martin⁹ q: ambob⁹ accidit albedo. Scd̃a diuiſio entis ẽ q: ens diuidit in ens in aĩa ⁊ in ens extra aĩam. Ens in aĩa appellatur ens rõnis. Ens extra aĩam appellat ens reale. Et iſta ẽ diuiſio h̓ poſita. q: ens reale ẽ illud qd diuidit in .x. gnã. Ens v̓o rõnis eſt illud qd ſignificat v̓itatẽ p̄põnis. Tertia diuiſio ẽtis ẽ entis p ſe real' in .x. p̃dicamẽta. Quarta diuiſio cuiuſlibȝ entis p̃dicamẽtal' ẽ in actũ ⁊ potentiã: q: aliqd ẽ ens actu ⁊ aliqd ẽ ens poa. Ens aũt rõnis poſſet ẽt diſtĩgui q: q̃ddaȝ ẽ ens rõnis qd ẽ pure negatiuũ ⁊ remotiuũ vt p̃uatiões ⁊ negatiões. aliud ẽ qd nõ ẽ ita remotiuũ vt relatiões rõnis ⁊ ſcd̃e ĩtẽtiones: ⁊ alia hmõi. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Horũ ãt drĩa ẽ. q: ~~forma~~ põt dici ens illud de quo affirmatiua propoſitio formari poteſt. ẽt ſi illud in re nihil ponat per quẽ modũ priuationes ⁊ negationes entia dicunt. Dicim⁹ enĩ ꝙ affirmatio eſt oppoſita negatiõi. ⁊ ꝙ cecitas eſt in oculo. ſed primo modo non poteſt dici aliquid ꝙ ſit ens niſi qd in re aliqd põat. vñ p̃o modo cecitas ⁊ hmõi non ſunt entia.

¶ Hic decl'at mẽbra ſuprapoſite diuiſiõis põẽs drĩaȝ ĩter ea dicẽs ꝙ hi modi ẽtis in h̓ drũt. q: 2° mõ põt dici ens oẽ illud de q̃ affirmatiua p̄põ põt formari q̃uis in re illud nihil põat p quẽ moȝ negatões ⁊ p̃uatões ẽt ſignificãt. Dicim⁹. n. ꝙ negatio opponit affirmatiõi. ⁊ ꝙ cecitas ẽ in oculo. Sȝ p̃mo mõ nõ põt dici ens niſi qd ẽ aliqd in re extra aĩaȝ. Et iſto° negatões ⁊ p̃uatões nõ ſunt ẽtia: q: in re nihil ponũt: ſȝ ſolũ r̃mouẽt.

Q̃uo negatio ⁊ p̃uatio: ⁊ ꝯtrariũ ꝯueniunt ⁊ differunt

¶ Notandũ ꝙ negatio ⁊ p̃uatio ⁊ ꝯtrariũ ꝯueniũt ⁊ drũt adinuicẽ: ꝯueniunt q: oĩa talia aliqd remouẽt. Sed in h̓ drũnt q: p̃uatio ſic remouet hitũ ſibi oppoſitũ qd tñ p̃ſupponit aliqd: p̃ſupponit enĩ ſb̃m ſibi determĩatũ ⁊ aptũ natũ: ſicut cecitas p̃ſupponit id qd erat ſb̃m oculoꝝ: ⁊ tñ de ſe nullã formã

vel nām dicit. vñ dr̄. 4. meta. ꝙ ꝑuatio ē negatio in ſb̄o
apto nato. ꝯrium vō ſic remouet formā ꝯriam: qd̄ tñ po
nit aliqd̄ ſb̄m ſibi determīatum ⁊ de ſe dicit aliquā formā
ſiue nām: ſicut albū r̄mouet nigrū ⁊ ꝑſupponit ſupficieʒ
ſibi addendo aliquā nām: cuius rō ē q꞉ ꝯria ſūt in eodeʒ
gnē: vt dr̄ in ꝑdicamētis ⁊ in. 4. meta. itaqꝫ vtrūqꝫ illoꝝ
dicit. aliquā nām. negatio vō ſic remouet ꝙ ſub̄m aliqd̄
Utruʒ ens rationis ſit ens — nō ꝑſupponit nec nāʒ aliquā dicit. vt nō ens. ¶ Notan
dū ꝙ ex his que dcā ſunt pʒ expſſe ꝯ illos qui dicunt ꝙ
ens rōnis nō ē ens. īpoſſibile ē eni ꝙ aliqd diuidatur in
aliq̄. ⁊ nō ꝑdiceṫ de quolibʒ illoꝝ: qd̄cūqꝫ ſit illud diui/
ſum: ſiue ſit vniuocū ſiue ſit equocū ſiue ſit analoguʒ
vt pʒ diſcurrēdo ꝑ ſingula. q꞉ ens per ſe. ⁊ ens reale di/
uidiṫ in ſb̄am ⁊ accidēs lʒ ſit analogū iccirco pōt dici: ꝙ
ſicut ſb̄a eſt ens reale: ita accidens eſt ens reale: licʒ non
hēat ita ꝑfectam realitatē ſicut ſb̄a: vt patebit īferius. s.
Thomas in ꝑma ſcd̄e. q. arti. 4. in corꝑe qōnis expſ
ſe dicit ꝙ ens rōnis eſt ens ꝼm qd ſicut ⁊ accn̄s. Cum
ergo ꝼm doctrinā Ariſ. ens ꝑ ſe diuidiṫ in ens in aīa qd̄
eſt ens rōnis. ⁊ in ens extra aīam qd̄ eſt ens reale. Seq
tur ꝙ ſic poſſuʒ dicere ꝙ ens reale ē ens ꝑ ſe: ita poſſūdi
cē ꝙ ēs rōis ē ēs ꝑ ſe ⁊ dicē oppoᵐ vr̄ eē īplicatio ꝯdictō
nis vt pʒ diligēt ꝯſiderāti: lʒ nō ea ꝑfectione dicaṫ. Si tñ
aliq̄ diuidanṫ ꝑ quādā reſolutionē: in illʼ nō tenet ꝙ diui
ſum ꝑdiceṫ de diuidētibus: ſicut hō diuidiṫ in aīam ⁊ ī
corpus ⁊ mixtū in. 4. elemēta: iſto tñ diuiſiōis mō non
diuidiṫ ens ab Ariſt. Nota ēt ꝙ ex ipſo noīe pʒ ꝙ ens
rōnis ē ens ⁊ implicat ꝯdictionem dicere ꝯrium: niſi qs
vellet dicere ꝙ illa additio rōnis eſt remotiua entis q̄re
videnṫ dicere ꝙ ens rōnis ſit ens eſt fl̄a ꝼm qd ⁊ ſim/
pliciṫ ſicut cū dr̄ hō mortuꝰ ē. gᵒ hō eſt: pʒ manifeſte h̄
deriſoriū eē: q꞉ h̄ qd̄ dr̄ rōnis nō ē remotiuū entis ꝑ ſe.
Sed ē remotiuū realitatis. vt pʒ diligenṫ ꝯſideranti: q꞉
alias diuiſio non valeret ⁊ ſeipſaʒ deſtrueret quod eſt ī/
conueniens. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Nomē igiṫ eēntie nō ſumitur ab ente. ſecū
do modo dcō. aliqua enim dicunṫ hoc modo
que eēntiam nō habēt. ut pʒ in priuationibus
ſed ſumiṫ eēntia ab ente. primo modo dcō. vn
de Cōmē. in eodeʒ loco dcm̄ ens prīo modo
dcm̄ eſt qd̄ ſignificat eēntiam rei.

¶ In iſta ꝑte doctor decl'at. vnde dr̄ nomē eēntie. ⁊ di/
cit ꝙ hoc nomē eēntia nō ſumiṫ ab ente. 2ᵒ modo dcō. ſ.
ente rōnis. q꞉ iſto mō aliq̄ ſūt entia q̄ eēntiā nō hn̄t vt pʒ
in ꝑuatiōibus. Sʒ ſumiṫ ab ente ꝑmo mō dcō. ſ. ab en/
te reali qd̄ diuidiṫ in. x. ꝑdicamēta. ⁊ hoc ꝯfirmat ꝑ au/
ctoritatē Cōmē. q dicit. in eodē loco ꝙ ens ꝑmo mō di/
ctū ē qd̄ ſignificat eēntiā rei. Notādū ꝙ hoc expſſe vr̄ a
doctore ꝙ ens rōnis ē ens: q꞉ dicit ꝙ aliq̄ dicunṫ entia q̄
nō hn̄t eēntiā ſicut ꝑuatiōes: ⁊ ꝯſtat ꝙ ꝑuatiōes ſūt en/
tia rōnis. ¶ Dubitaṫ de eo qd̄ doctor dicit ꝙ alique di
cunṫ entia q̄ nō hn̄t eēntiā q꞉ vr̄ eē īplicatio ꝯdictiōis. q꞉
ſicut dictū ē ſepius ens ⁊ eēntia ſe hn̄t ſicut ꝯcretū ⁊ ab/
ſtractū vt albū ⁊ albedo. Sʒ eēt īplicatio ꝯdictiōis ꝙ ali
qd eēt albū qd̄ nullā hr̄et albedinē: cū eē album nihil ali
ud ſit q̄ʒ hr̄e albedinē ita ēt cū ens ſit idē ꝙ hr̄e eēntiam:
dicere ergo ꝙ aliqd ſit ens ⁊ nō hēat eēntiā vr̄ īplicatio
Utrum aliquid poſſit dici ens qd̄ nō habeat eſſentiam. — ꝯdictōis. ¶ Dicendū ꝙ ens ꝑmo acceptū dr̄. Uno mō
ꝓ ente reali qd̄ diuidiṫ in. x. ꝑdicamēta. ⁊ iſtud tale ens
ē ꝯcretū eēntie. ⁊ de iſto veꝝ ē ꝙ ē īpoſſibile. ꝙ aliqd̄ ſit
tale ens ⁊ nō hēat eēntiā: q꞉ tale ens ē reale. ⁊ ēt hʒ realē
eēntiā. Et d̄ iſto ītelligebaṫ ſupꝰ. ⁊ talia ētia nō ſt̄ ꝑuatio
nes ⁊ negatiōes. Alioᵒ accipiṫ ens ꝓ eo qd̄ diuiſum eſt
ſupius in ens in aīa ⁊ in ens extra aīam. ⁊ iſtud ens ē cō
cretū eēntie. ⁊ iō iſto. 2ᵒ mō aliqd pt̄ dici ens qd̄ tñ n̄ diē
eēntiā vt ꝑuatio. Et ſi q̄riṫ certū ē ꝙ tale ens rōnis ē cō/
cretū. oʒ gᵒ ꝙ hēat abſtractū. dd̄m ē ꝙ eius abſtractū ē
entitas. vñ ꝑuatiōes lʒ nō hēant eēntias hn̄t tñ ſuas ētita
tes īperfectas cū ſint ēt entia impꝑfecta. vñ hn̄t entitatem
rōnis: ſicut ſunt entia rōnis: iō in plus eſt entitas q̄ʒ eēn/
tia. vt pʒ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et q꞉ ut dcm̄ eſt ens hoc modo dcm̄ diui/
diṫ per. x. genera opʒ ꝙ eēntia ſignificet aliqd̄
cōmune omnibus naturis. per quas diuerſa
entia in diuerſis generibus ⁊ ſpēbus collacan
tur. ſicut humanitas eſt eēntia hominis. ⁊ ſic d̄
aliis. ¶ Et q꞉ illud per qd̄ res conſtituiṫ in ꝓ
prio genere uel ſpē ē quod ſignificamus ꝑ dif
finitionem indicantem quod quid eſt res. In
de eſt ꝙ nomē eēntie a ph̄is in nomē quiditat̄
mutaṫ. ⁊ hoc ē ꝙ ph̄s. vii. meta. frequēter no/
minat quod quid erat eē. i. hoc per quod ali/
quid habʒ eē qd. diciṫ ſor. ꝼm ꝙ per formam
ſignificaṫ ꝑfectio uł certitudo uniuſcuiuſqꝫ rei
ubi dicit Auic. in. ii. meta. ſue. hoc. n. alio no/
mine nā diciṫ accipiēdo nām ꝼm ph̄m modoſ
illoꝝ quatuor modoꝝ quos Boetius de dua
bus naturis aſſignat ꝼʒ. ſ. ꝙ nā dr̄ eē illud qd̄
quocūqꝫ mō ītellectu capi pōt. nō. n. res ītel/
ligibilis ē niſi ꝑ ſuā diffinitionē ⁊ eēntia ⁊ ſic ēt
dicit ph̄s. v. meta. ꝙ oīs ſub̄a ē nā.

¶ Hic manifeſtat q̄uō nomē eēntie trāſferaṫ in nomen
q̄ditatis. ⁊ aſſignat dr̄iam. ⁊ ꝑmo diuidiṫ in. x. ꝑdicamē
ta ⁊ ē qd cōe ad decē ꝑdicamēta. opʒ ēt q̄ ab ipſo ſumūṫ
hr̄e ſignificationē aliquā cōem oībus naturis ꝑ quas di/
uerſa entia in diuerſis generibus ⁊ ſpēbus collocanṫ: ſic
hūanitas ē cōis oībus hoibus. ⁊ ꝑtes in quas diuiditur
hō. Deīde hoc qd̄ dd̄m eſt applicat ad ꝓpoᵐ. ⁊ ꝑmo
ad q̄ditatē ⁊ dicit ꝙ q꞉ id ꝑ qd̄ aliqd ꝯſtituiṫ ꝑmo in ge/
nere vel in ſpē ē hoc qd̄ ſignificaṫ per diffinitionē indicā
tem qd eſt res. vñ ē ꝙ nomē eēntie per qd̄ aliqd repon
tur in gnē vel in ſpē. ideo a ph̄is mutaṫ in nomē q̄ditatis
⁊ hoc decl'at dicens ꝙ ph̄s frequēter noīat qd̄ qd erat
eē per hoc ꝙ aliqd hʒ eē qd. Scd̄o applicat ad formam
dicens ꝙ eēntia dr̄ forma ꝼm ꝙ ꝑ formaʒ ſignificaṫ cer/
titudo vniuſcuiuſqꝫ rei vt dicit Auic. 2ᵒ ſue meta. Ter/
tio nomē eēntie applicaṫ ad nām. Unde dicit ꝙ eēntia ēt
diciṫ nā accipiendo nām ꝼm ꝑmū modū illoꝝ. 4. quos
Boetius ponit in liᵒ de duabꝰ naturis ⁊ vna ꝑſona xp̄i
ſ. ꝙ nā diciṫ eē id qd̄ ītellectus quocūqꝫ mō capit ⁊ aſſi/
gnat rōnem dicēs ꝙ nulla res ē ītelligibilis niſi ꝑ diffini/
tionē ⁊ eēntiam ſuā. Ex eo ꝙ obiectū ītellectus ē q̄ditas
⁊ eēntia rei ⁊ hoc ꝯfirmaṫ ēt ꝑ dcm̄ ph̄i. 4. meta. qui di
cit ꝙ oīs ſb̄a ⁊ eēntia dr̄ nā quedam.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomē aūt nature hoc modo ſūpte uideṫ ſi
gnificare eēntiā rei ꝼm ꝙ hʒ ordinē ad ꝓpriā
opōnē rei. cū nl'la res ꝓpria d̄ſtituaṫ opatōeʒ
q̄ditat̄ vō nomē ſūiṫ ħ ꝙ ꝑ diffinitōeʒ ſigni/
ficaṫ. Sʒ eēntia dr̄ ꝼʒ ꝙ ꝑ eā ⁊ ī ea res hʒ eē.

¶ Explicat dr̄iam īter illa que dcā ſunt dicens ꝙ eēntia
dr̄ nā ⁊ nomē nature aſſumit. ⁊ hoc nomen nature hoc
mō ſumpte ꝼm qd̄ eēntia hʒ ordinem ad ꝓpriā opera/
tionē cū nulla res ꝓpria opatiōe deſtituaṫ. Et rō huius
eſt. q꞉ ꝼm ph̄m. 2ᵒ phyſicorum. Nā eſt ꝑncipium motuſ
⁊ q̄etis. Sed nomē q̄ditatis aſſumit eēntia inq̄ʒᵐ ſignifi/
caṫ ꝑ diffinitionē: q꞉ diffinitio indicat ꝙ qd ē ſiue q̄ditatē
rei. Sed eēntia appellaṫ ꝼm qd̄ per eā res ē ens. ⁊ ha/
bet eē. Sed eēntia forma dr̄: inq̄ʒᵐ ꝙ per ipſam certitu/
Q̄uō eſſentia: q̄ditas: forā ⁊ nā ſūt ideʒ: ⁊ q̄uō d̄rant. — do rei demonſtraṫ. ¶ Nota ꝙ oīa iſta. 4. ſ. eēntia q̄di/
tas forma ⁊ nā ſunt idem realr̄. Sed d̄runt adinuicem
rōne ſicut hūanitas eadeʒ ē realr̄ eēntia hois q̄ditas ho
minis forma hois: nā hois. Sed d̄runt rōne ab inuiceʒ
ꝓut aliqd̄ illoꝝ noīum aſſumiṫ. nā humanitas dr̄ eē eēn

tia hoīs inq̄ntū per eā hō h₃ q̄ sit hō ab humanitate.s. per hūanitatē: dr̄ hūanitas q̄ditas hoīs inq̄ntū hūanitas significat per diffinitionē hoīs. nihil enī aliud significat p̄ hāc diffinitionē aīal rōnale mortale nisi hūanitas. Dr̄ ēt hūanitas forma hoīs inq̄ntū per hūanitatē certificat eē hoīs ⁊ distinguit ab oī alio eē for. ēt dr̄ hūanitas nā hominis inquantum p̄ humanitatē opationes suas quecūq₃ sint ille. ¶ Nota q̄ l₃ eēntia ⁊ eē actualis existentie differāt realiter: vt dictū₃ ē supra. eēntia tamē ⁊ eē eēntie sūt idē realiter ⁊ simul producuntur. Sed drūnt rōne. q: eēntia dicit quid abstractum. eē vo concretum. eēntia dicit quid simplex. eē vo quid compositū. eēntia dicit aliquo mō cām. eē vo dicit effectum. q: eē ē effectus eēntie. ⁊ q: abstractum est prius concreto. simplex composito. cā cāto. iccirco quantum ad considerationem rōnis eēntia dicit prior q̄₃ eē. q: vo eēntia ē illud cum ē reale. ideo vtimur isto nomine: quicquid erat eē seu quicquid ē eē id ē quiditas vel eēntia. q: vo eēntia precedit eē ſm viam rōnis: ideo vtimur isto nomine quod quid erat eē id ē eē quod erat quiditas. vt per hoc verbum erat: importetur aliquis ordo saltē rōnis. ⁊ sic p₃ quo modo cōueniunt ⁊ drūnt. qd̄ quid ē eē. ⁊ quod quid erat eē: qditas vo differt ab vtroq₃ illorum. sicut abstractum a concreto. ¶ Ex his q̄ dcā sūt due q̄ones oriūt. Pria ē vtrum ens rōnis distinguatur ab ente reali ⁊ videtur q̄ nō. q: per ea q̄ dcā sunt p₃ q̄ ens rōnis ē ens. S₃ ens ⁊ res cōuertunt q: sunt trāscēdentia. ergo ens rōnis ē res. Sed omnis res vt videtur ē ens reale. igitur ens rōnis nō distinguitur ab ente reali. In oppositum ē phs. 5. meta. ⁊ auctor h̄ qui vnum distinguit ab alio. ¶ Ad huius euidētiam ē sciēdum q̄ ens rōnis ⁊ ens reale ab inuicē distinguunt: ⁊ huiusmodi rō eē pōt. q: illa que habēt diuersum eē ab inuicē sunt distincta. q: eē dicit actum. actus aūt ē qui distinguit. ecōtra aūt potentia. vt dic phs p̄mo physicorū₃: ⁊. 9. meta. sed ens reale ⁊ ens rōnis habēt diuersum eē: q: ens reale hab₃ eē in re extra animam. ens vo rōnis hab₃ eē in anima. vt dicit phs. 5. meta. ergo ⁊c. quo modo aūt intelligitur q̄ ens rōnis hab₃ esse in anima patebit in sequēti q̄one. ¶ Ad arm̄ incōtrariū₃ dicendum q̄ res pōt accipi dupl'r. Uno modo prout ē vnum de transcendētibus. Et illo modo verū₃ ē dicere q̄ ens rōnis ē res que ē ens. ⁊ ens ⁊ res conuertuntur et tūc res dicit a reor reris qd̄ idē ē quod cogito cogitat vel intelligo intelligis. Et isto modo ens rōnis pōt dici res. Et sic pōt dici res omne ens de quo pōt ppositio affirmatiua formari. dato ēt q̄ tale ens i re nihil ponat. vnde doctor in prima parte. q. 25. ar. 7. in corpore q̄onis nominat relationem rōnis que est ens rōnis rem rōnis et illud quod ē talis res nō est propter hoc ens reale: quia isto modo non distinguitur res contra rōnem sed cōtra nihil. Alio mō p̄t dici et magis proprie p̄ eo quod significat aliquid ablata omni operatione intellectus. Et isto modo dicitur res ens quod est aptum natum eē extra animam ⁊ si qd̄ accipit isto mō est res de necessitate ⁊ ens reale. s₃ isto mō puationes ⁊ negationes ⁊ alia hmōi entia rōnis nō pñt dici res: ⁊ sic nō pōt pcedi arm̄: vñ nō est vl'r verū q̄ oīs res sit ens reale. ¶ Scdō dubitat vtrū ens rōnis sit accidens: ⁊ videt q̄ sic: q: omne qd̄ est: aut est substātia aut accñs. sed ens rōnis nō est substātia vt oēs ↄsitent ergo ⁊c. ⁊ per hoc diuidit ab ente reali ergo ⁊c. ¶ Preterea oē qd̄ eēt in aīa videt esse accidēs ⁊ ens rōnis est in anima q: p̄ hoc distinguit ab ente reali igit ⁊c. ¶ Ad istā q̄onē dicend. q̄ ens rōnis nō est accñs put accidens distinguit ↄtra substantiā: ⁊ diuidit in. 9. pdicamenta ⁊ rō huius est: q: illud qd̄ nō est ens reale nō est substātia neq₃ accñs. sed ens rōnis non est ens reale ergo ⁊c. maior p₃. q: ens qd̄ diuidit in. x. pdicamenta est ens reale ergo ⁊c. minor etiā p₃. q: ens rōnis distinguit ↄtra ens reale. Et per hoc p₃ solutio ad pm̄ arm̄ q: nō est verū q̄ omne qd̄ est aut est substātia aut accñs: s₃ solum omne qd̄ est reale: vñ ens rōnis nec ē substātia nec accidens: q: nō cadit sub illo diuiso. ¶ Ad 2m̄ dicendū est q̄

aliqd pōt eē in aīa tripliciter. Uno mō sicut accñs i subo. ⁊ isto mō nihil est in aīa nisi ens reale sicut spēs hitus ⁊ actus intelligendi. Alio mō sicut cognitū i' cognoscēte: ⁊ sic tā ens reale q̄₃ ens rōnis pōt in aīa esse: inq̄tū₃ ab aīa cognoscunt. Alio mō sicut effectus in cā: ⁊ sic solum ens rōnis est in aīa q: effectus ab aīa: ⁊ sic nullo mō ens reale: vel pōt dici ens rōnis esse in aīa q: cōsequit ad actus aīe q sunt in aīa subiectiue. hoc aūt diligenter cōsiderare debere indigeret maiori discussione.

¶ Deinde cum dicit.

**Ed qa ens absolute: ⁊ primo dr̄ de substantiis ⁊ posterius ⁊ ſm qd de accidentib⁹. ¶ Inde est q̄ essentia proprie ⁊ ve est in substātiis. sed in accidentibus est quodāmodo ⁊ ſm quid.**

## ¶ Lectio tertia.

Ostq̄₃ doctor manifestauit. vñ sumit nomen eēntie. Nūc in ista pte determinat de eēntijs. ⁊ duo facit: q: pº ponit qdā q̄ sunt nobis necessaria ad suū ppositū₃. In scd̄a exequit ppositū. scd̄a ibi. ¶ In substātijs igit compositis. Pma ps tm̄ in tres. q: in pma doctor ponit cōpationē substātiaꝝ ⁊ accidētiū penes eēntiā. In. 2. ponit cōpationē substātiaꝝ ↄpositaꝝ ⁊ simpliciū etiā penes eēntiā. In. 3. pte rñdit cuidā tacite q̄oni. 2ª ibi. ¶ substātiaꝝ vo. 3ª ibi. ¶ S₃ q: illaꝝ substantiaꝝ. Quātū ad pmā ptē ponit cōpationē substātiaꝝ ⁊ accidentiū: ⁊ dicit primo q̄ tā sube q̄₃ accidentia habēt eēntias real'r distinctas: tñ in hoc ē drīa. q: dicit q̄ eēntia vere ⁊ ppe ē in sbijs. S₃ in accidētib⁹ quodāmodo ⁊₃ qd: ⁊ hoc pbat tali rōne. sicut se hēt ens ad subam ⁊ accidēs: ita se h₃ eēntia. S₃ ita se h₃ ens q̄ vere ⁊ pprie dicit de sbijs: quodāmodo āt ⁊ ſm qd dicit de accidentibus. igit ⁊c. ¶ Circa hāc rōnem sic pcedit. q: nō ponit minorē sed bene eius pbatiōem. sed maior sic pbat: essētia: vt dcm̄ ē: sumit ab ente q̄ diuidit i sba₃ ⁊ accñs ⁊ ē cōe ad ea. igit seqt q̄ sicut se h₃ ens ad suba₃ ⁊ accidēs ita ⁊ eēntia. minorē nō ponit. sed pbatiōem eiº dicens q̄ ens p pus ⁊ absolute dicit de subijs. posteri⁹ āt q̄si ſm qd de accidētib⁹. ſm de illo dicit ens vere ⁊ ppe ō quo dicit absolute ⁊ p pus. de illo aūt dicit quodāmō ⁊ ſm qd: de quo dicit posteri⁹ ⁊ in ordine ad pus igitur ⁊c. ¶ Ad euidētiā istius ptis qdā sūt notāda. Primū ē de hº qd̄ dicit q̄ ens pri⁹ de suba dr̄ posteri⁹ vo de accidētib⁹. vñ sciendū ē q̄ aliqd distingui pōt tripl'r q: sicut vniuocū. aut sic equocū. vl' sic analogū. ⁊ in hº ē drīa q: vniuocū dicit de suis iferiorib⁹ ſm idē nomē: ⁊ ſm eande₃ rōem ⁊ equal'r. sicut aīal de hoīe. Equiuocū vo dicit ſ₃ idē nomē. sed nō ſm eandē rōem. sed ſm diuersa ⁊ eq̄liter: vt canis de latrabili et sidere celesti. Analogū vo dicitur ſm idē nomē et per attributiōem ad eandē rōem. s₃ nō eq̄lit q: p pri⁹ et posteri⁹. vt sanū de aníali et vrina et medicina. sed q: ens diuidit in subam et accidēs sic analogū in analogata. iō dicit q̄ ens dicit p pri⁹ de substantia: et p posteri⁹ de accñte. ¶ Scdō notādū ē qd̄ dicit q̄ accña nō hēnt eēntiā vere et pprie vbi sciēdū q̄ illa q̄ nō hēnt eēntiā per se stantē. s₃ poti⁹ depēdētē illa nō hñt pprie et vere eēntiā quia illa non sunt talia qd̄ per se hēant eē. sed accidētia oīa hēnt eēntiā dependētē ⁊ non aptas p se stare ex eo q̄ accidētis eē ē inesse. igit accña non hēnt veras eēntias. ¶ S₃ h̄ orit dubitatio de hoc qd̄ dcm̄ ē q̄ nullū accñs hēt eēntiā verā q: h₃ ipam dependentē q: ſm doctrinā cōem tria sūt pdicamēta absoluta. s. suba q̄litas et quātitas. S₃ vnū quodcūq₃ pdicamētū pōit suā eēntiā. seqtur q̄ ista tria hēnt eēntias absolutas ⁊ non dependētes. gº q̄titas ⁊ q̄litas hñt veras eēntias. Oppositū dicit doctor in lr̄a. ¶ Ad hoc dōm q̄ nullū accñs hēt verā eēntiā absolutā. Et rō hui⁹ est q: illud qd̄ de sui nā ē depēdens hēt suā eēntiā dpendētē. sed oē accñs ē hmōi igitur ⁊c. Notādū q̄ aliqd pōt eē dependens tripliciter vno mō sicut a cā efficiēte. alio mō sicut a subo. 3º modo

Margin notes (left): Quō eēn ⁊ eē eēntie sunt idem real'r ⁊ differunt rōe — Quō ens rōne distinguit ab ente reali — Utrū₃ ens rōnis sit accidens — Quō ali/

Margin notes (right): quid pt eē i anima tripliciter. — Quare ens prius dicatur de sba q̄₃ de accidente — Quare accidentia nō habent eēntiam vere ⁊ proprie. — Utrum eē accidentis essentiā dependentes — [illegible]

ſicut ab obiectis. Primo mō oīa citra deū hn̄t ſuas eēn tias depēdētes. ſolus de⁹ hȝ ſuā eēntiā abſolutā. 2° mō oīa accidētia hn̄t eēntias depēdētes ⁊ ſola ſuba hēt eſſentiā abſolutā. niſi ſit ſuba que ſit pars compoſiti. vt mā ⁊ forma. que nō ſūt cōpleta in ſpē. Tertio mō oīa pdicamēta pter ſbam q̄ntitatem ⁊ q̄litatē. habēt eēntias depen dētes q2 oīa dependēta ſuis obiectis. vn̄ illa dicunt depēdentia q̄tū ad ſubiecta ⁊ q̄tuȝ ad obiecta. q̄titas vō ⁊ qualitas ſolum ſunt dependētes q̄tum ad ſubiectum in quo habēt eē. vnde vno modo depēdēt. Alio mō non ⁊ ſic pȝ ſolutio ad arm. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Subſtātiarū. vō quedā ſunt ſimplices: ⁊ quedā cōpoſite: ⁊ ī utriſqȝ eſt eēntia: ſȝ in ſimplicib⁹ ueriori ⁊ nobiliori modo: ſm ēt q2 habent eſſe nobilius: ſūt ēt cā eſſe eorum que cōpoſita ſunt adminus ſba prima ⁊ ſimplex q̄ deus eſt.**

¶ Ponit cōpationē ſbaꝝ ſimplicium ⁊ compoſitarum penes eēntias. ⁊ pmo ponit diuiſionem dicēs q2 ſbaruȝ quedā ſūt ſimplices ⁊ quedā cōpoſite. ⁊ cōpat eas adinicē dicēs q2 lȝ in vtriſqȝ ſit eēntia. tn̄ in ſubīis ſimplicib⁹ veriori ⁊ nobiliori mō q̄ in cōpoſitis. ⁊ hoc pbat p talē rōnem. ſicut ſube ſe habēt ad eē. ita ſe hn̄t ad eēntias. ſed ſbe ſimplices hn̄t nobilius eē q̄ cōpoſite. ergo hn̄t nobiliores eēntias. maior pȝ q2 eſſe ſe hȝ ad eēntiam ſic actus ad potentiā. Sed illa q̄ habēt nobiliorē potētiā: habēt ēt nobiliorem actū. minor probat q2 ſube ſimplices ſūt cāe ſubaꝝ cōpoſitaꝝ ⁊ ſi nō oēs adminus ſuba prima ſumme ſimplex que deus ē. Sed id qd̄ ē alicuius cā hȝ nobilius eē q̄ cātum q2 cā eſt nobilior effectu. de illa rōne doctor ſolū ponit minorē cū ſua pbatiōe. ¶ Ad euidētiam iſti⁹ ptis eſt notandū q2 nō ē ſimplr ⁊ vlr verū q2 ſubſtantia ſimplex hēat nobilius eē q̄ cōpoſita: q2 videmus q2 mixtū eſt nobilius ieſſe q̄ ſimplex elemētum. Ad cui⁹ ſolutionē ſciendum: q2 ſimplex cōpoſita vt h̄ ſumit ꝯtra cōpoſitū diſtinguit. vnde ſciendū q2 ſimplex ſuba pōt eſſe duplr. Una que ē vel de ſui nā habȝ eē per eēntiaȝ compoſiti. Alia vō eſt ſuba ſimplex qd̄ nec eſt nec eē pōt ps cōpoſiti per eēntiam. ſi pmo mō itelligit verbū doctoris nō eſt vtrū. ſ. 2° mō bene ē verū. ¶ Ad cuius declaratōeȝ ē ſciendū q2 ſuba cōpoſita ex aliquibus ſubſtātiis ſimplicib⁹ pōt ſe hēre tripliciter. Uno mō q2 cōponatur ex ſubſtātiis ſimplicib⁹ in actu exiſtētibus ⁊ actu manētibus ⁊ iſtud cōpoſitū eſt vnū per quādam aggregationem: vt dom⁹ ē ſubſtātia cōpoſita lapides ligna cementū ſunt ſube ſimplices ⁊ certū ē q2 dom⁹ hēt pfectiorem eēntiam q̄ ligna vel lapides q2 qcquid pfectionis eſt in lignis vel lapidib⁹ totū ē in domo ⁊ plus. Scd̄o mō q2 aliqd̄ cōpoſitū ſic cōponat ex ſimplicibus q2 illa oīa ſint in actu. ſed facta cōpoſitiōe nō maneāt actu. ſed virtute. ⁊ iſto mō corpus mixtū eſt ſuba cōpoſita. q̄tuor vō elementa ſūt ſube ſimplices. ⁊ certū ē q2 mixtū hȝ verioreȝ ⁊ pfectiorē eēntiam q̄ ſimplex elemētū. Tertio mō aliqd̄ cōpoſitū cōponit ex aliqbus ſimplicibus nō actu manentib⁹: nec exiſtētibus. Sed vnū ſe hȝ ſicut actus: aliud vō ſic potētia ſic ſimplex elemētū ē ſuba cōpoſita. mā vō ⁊ forma ſūt ſube ſimplices. ⁊ de iſtis verū ē q2 cōpoſita ſuba hȝ nobiliorē eēntiā q̄ mā ſine forma. Si vō 2° mō itelligat. ſ. q2 ſba accipit put nō ē nec eē pōt pars cōpoſiti ſic ē verū q2 ſuba ſimplex hȝ pfectiorē eēntiā q̄ ſuba cōpoſita. ⁊ iſto modo angelus ⁊ anima ſunt ſimplices: alia vō oīa ſunt cōpoſite ſube. ⁊ certū eſt q2 illa habēt eēntias nobiliores q̄ ſube nāles. ⁊ hoc ēt pōt dici de aīa qn̄ eſt ſepata. q2 tūc hȝ modū eēndi ſubaꝝ ſepataꝝ que habēt pfectiorē eēntiam q̄ aliqd̄ cōpoſitū. licȝ nō habeat pfectā ſpēm ſi cōſideret vt ē pars ſpēi q2 dū exiſtit in corpore nō habȝ eēntiam ſic pfectā ſicut dum eſt ſeparata.

¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sed quia illaꝝ ſubaꝝ eſſentie ſunt nobis magis occulte. iō ab eēntiis cōpoſitoꝝ incipiendum eſt ut a facilioribus conuenientior fiat diſciplina.**

¶ Sed quia ut dictum eſt deſignatio ſpeciei reſpectu generis eſt per formam: deſignatio aũt indiuidui reſpectu ſpeciei eſt per materiaȝ ideo opȝ ut nomen ſignificans id. unde natura generis ſumitur cum preciſione forme determinate perficientis ſpeciem ſignificet partem materialem totius ſicut coꝛpus eſt ꝑs materialis hominis. nomen aũt ſignificans id: vnde ſumitur natura ſpeciei cum preciſione materie deſignate ſignificat partem foꝛmalem: iõ hũanitas ſignificat̃ ut foꝛa q̃daȝ ⁊ dr̃ ꝙ ẽ foꝛa toti⁹: nõ quidẽ q̃ſi ſuꝑaddita partibus eẽntialibus. ſ. materie ⁊ foꝛme. ſicut forma dom⁹ ſuperadditur partib⁹ integralibus eius: ſȝ magis eſt forma que eſt totum. ſ. formam cõplectens ⁊ materiam: cum preciſione tamẽ eoꝛuȝ per que nata eſt materia deſignari.

Quõ humãitas poteſt dici ꝑs foꝛmalis indiuidui

¶ Sed q: vt dictum eſt) manifeſtat quoddaȝ quod poterat eſſe dubium. poterat enim aliquis dicere q̃re coꝛpus ſignificat partem materialem totius. humanitas vo foꝛmalem ad hoc dicit ꝙ iſta eſt cauſa q: vt dictum eſt deſignatio ſpeciei reſpectu generis fit ꝑ foꝛmã: deſignatio aũt indiuidui reſpectu ſpeciei fit per materiam ſignatam. ideo opoꝛtet vt nomen ſignificans illud. vnde materia generis ſumitur cum preciſione foꝛme determinate perficientis ſpeciem ſignificet partem materialem totius ſicut coꝛpus eſt pars materialis totius hoĩs. Nomẽ aũt vnde ſumitur natura ſpeciei cum preciſione materie deſignate ſignificat partem foꝛmalem totius. ⁊ ideo humanitas ſignificatur vt quedam foꝛma ⁊ dicit ꝙ humanitas dicitur foꝛma totius ad drĩam foꝛme partis. Et declarat quare appellatur foꝛma totius: ⁊ dicit ꝙ nõ dicitur foꝛma totius ex eo ꝙ ſit foꝛma ſuperaddita partibus eẽntialib⁹ ſicut mãe ⁊ foꝛe: ſicut foꝛma domus ſuꝑadditur partibus integrantibus eius. ſed foꝛma toti⁹ dicitur ex eo ꝙ eſt foꝛma complectens totum. ſ. materiaȝ ⁊ foꝛmam cum poſitione tamen eoꝛum per que nata eſt materia deſignari. Notandum ꝙ licȝ humanitas ſit foꝛma quedam tamen in compoſitione indiuidui ſubinduit rõnem materie: ⁊ eſt vnum principium indiuiduationis in oꝛdine ad determinationem: q: omne indeterminatum ⁊ quod eſt in potentia habet rõnem materie in oꝛdine ad determinationem ⁊ ad actum ſuum: cum igitur humanitas de ſe ſit indeterminata ad iſta indiuidua ⁊ ad illa ⁊ ſit in potentia ad omnia indiuidua ⁊ pꝛout eſt in illo recicipiat illa indiuiduantia: ⁊ pꝛout eſt in alio recipiat alia: ſequitur ꝙ ipſa rõne materie aſſumat: nec hoc eſt inconueniens q: vna foꝛma ⁊ nobilis poteſt habere rõnem materie in oꝛdine ad aliam foꝛmam ⁊ ignobilioꝛem dũmodo vna recipiat aliam ⁊ habeat in ſe conditõnes pꝛemiſſas ſicut anima ſe habet in oꝛdine ad ſciẽtias ⁊ virtutes. ſi autem dicatur ꝙ hũanitas recipitur in materia ſignata: ⁊ tunc de ſe eſt foꝛma ⁊ tenebit locum foꝛme ⁊ nullo modo materie: ⁊ iſte videtur veriõ ſenſus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Sic ergo patet ꝙ eſſentia hominis ſignificet hoc nomen homo. ⁊ hoc nomen humanitas ſed diuerſimode ut dictuȝ eſt: quia hoc nomen homo ſignificat eam ut totum ĩquantum ſcȝ non preſcidit deſignationem materie ſed implicite continet eam ⁊ indiſtincte ſicut dictũ eſt: ꝙ genus cõtinet differentiam: ⁊ ideo predicatur hoc nomen homo de indiuiduis. Sȝ hoc nomen humanitas ſignificat eam ut partẽ quia nec continet in ſignificatione ſua niſi id quod eſt hominis inquantum homo: ⁊ precidit omnem deſignationem materie. unde de indiuiduis hominis non predicatur. ⁊ propter hoc quandoqȝ hoc nomen eſſentia inuenitur predicatum de re. Dicitur enim ſocratis eſſe eſſentia quedam: ⁊ quandoqȝ negatum ſicut dicimus ꝙ eſſentia ſoꝛ. non eſt ſortes.

Quõ natura homo ⁊ humanitas differunt

¶ Sic ergo pȝ) h̃ ponit coꝛrelarium dicens ꝙ ex dictis manifeſtum eſt ꝙ tam homo q̃ȝ etiam humanitas ſignificant eſſentiam hominis licȝ diuerſimode vt dictum ẽ: q: hoc nomen homo ſignificat eam vt totum inquantũ. ſcȝ non precidit deſignationem materie. Sed implicite continet ⁊ indiſtincte dictam deſignationem ſicut genus continet differentiam. ⁊ ideo hoc nomen homo vere p̃dicatur de indiuiduo. Sed hoc nomen humanitas ſignificat eſſentiam hominis vt partem q: humanitas nõ cõtinet in ſignificatione ſua: niſi id quod eſt hominis inquãtum homo ⁊ precidit omnem deſignationem materie: vnde de indiuiduis humanitas non predicatur: etiã ſubiungit ꝙ propter hoc quandoqȝ nomen eẽntie inuenitur predicari de re: affirmatiue q: dicimus ſoꝛtem eſſe quãdam eſſentiam ⁊ quandoqȝ negantur: ſicut cum negamus ꝙ eſſentia ſoꝛ. non eſt ſoꝛ. ¶ Nota diligenter ꝙ h̃ eſt differentia inter ſoꝛtem hominem: ⁊ humanitatem quantum ad indiuiduantia: q: ſoꝛ. ſimpliciter ⁊ explicite ⁊ indeterminate includit indiuiduantia: homo autem

determinate nec includit nec excludit: indeterminate tñ includit: ⁊ iõ de ſorte põt predicari. ſed humanitas ſimplr̃ ⁊ determinate excludit: ⁊ iõ neq̃ de hoĩe neq̃ de ſorte ꝑdicatur. ¶ Queſtio ẽ qd ſit ꝑncipiũ indiuiduatiõis i rebus mãlibus ⁊ videt̃ ꝙ forma: q: illud qd̃ dat vnũ eẽ ẽ ꝑncipiũ indiuiduationis. Sed forma dat vnũ eẽ igitur ẽ ꝑncipiũ indiuiduationis. maior pꝫ: ꝓbatur minor: quia forma dat eẽ vt pꝫ ꝑ eius diffinitiõeꝫ: qd̃ aũt dat eẽ dat ẽt vnũ eſſe: quia ens ⁊ vnũ ꝯuertũt̃ igit̃ ⁊c̃. In oppoſituꝫ ẽ doctor in textu. ¶ Ad hoc eſt dd̃m ſicut dicit doctor ꝙ mã ſignata ẽ ꝑncipiũ indiuiduationis. Et rõ hui⁹ ẽ quia illud ꝑ qd̃ indiuiduũ hꝫ eẽ indiuiſum in ſe et diuiſum ab alio ẽ ꝑn[m] indiuiduatiõis: ſꝫ mã ſignata ẽ hmõi igit̃ ⁊c̃. maior pꝫ. quia illa duo ſunt de rõne indiuidui: minor declaratur: q: per materiã indiuiduũ hꝫ eẽ indiuiſum in ſe: quia ſm phm in ꝑ[o] phicor: ſubã abſtracta a quãtitate remanet indiuiſibilis: per quãtitateꝫ aũt hꝫ eẽ diuiſibile ab alio. q: diuiſio ⁊ diſtinctio attribuit̃ quãtitati: igit̃ vtrũq̃ ꝯiũgendo mãꝫ cũ quãtitate tale ꝯiũctũ ẽ ꝑncipiũ indiuiduationis. Sed talis materia ẽ mã ſignata igit̃ ⁊c̃. ¶ Ad argumẽtũ in oppoſitũ ẽ dicẽdũ: ꝙ forma eo mõ dat vnũ eẽ: quo dat eẽ ſpecificum: ⁊ iõ dat eẽ: ẽt vnũ eſſe in ſpecie ⁊ ſi dicat̃ ꝙ forma cõiter ſumpta dat eẽ ſpecificũ. forma tñ h̃ dat eſſe mãle. Dicendũ ꝙ verũ eſt. Sed illa forma non eſt hic. niſi q: eſt in hac materia ⁊ mã nõ eſt h̃ niſi ꝑ ſignationem igitur tota cã indiuiduationis ẽ mã ſignata ⁊ non forma neq̃ aliquid aliud ⁊c̃.

Vtꝝ mã ſit ꝑn[m] idiuiduationis.

¶ Quõ ſe habeat eẽntia ad materiaꝫ generis ſpeciei ⁊ differentie.

u Iſo qd ſignificet̃ noĩe eẽntie in ſubſtantijs cõpoſitis. Videndũ eſt quõ ſe hẽat ad rõem generis: ſpeciei ⁊ differentie: quia aũt cui ꝯuenit rõ generis uel ſpeciei uel differentie predicatur de hoc ſingulari ſignificato ĩpoſſibile eſt ꝙ rõ generis uel ſpeciei uel differẽtie ꝯueniat eẽntie ſm ꝙ per modum partis ſignificatur: vt noĩe humanitatis uel aĩalitatis. ⁊ ideo dicit Auicẽ. ꝙ rõnalitas nõ eſt differentia ſm differentie ꝑncipiũ. ⁊ eadem rõe hũanitas nõ ẽ ſpẽs nec aĩalitas ergo.

Lectio ſexta.

p Oſtq̃ doctor manifeſtauit qd ſit eẽntia ĩ ſbijs compoſitis. Nunc manifeſtat qualiter ſe habeat ꝓut ſibi intentiones logice attribuuntur. .ſ. genus ſpẽs ⁊ differentia circa qd̃ tria facit quia ꝑ[o] excludit q̃dam qb⁹ nõ pñt attribui tales intentiones. 2[o] declarat qbus pñt attribui. 3[o] epilogat ſiue ponit correlariũ. ſcd̃a ibi (nã igitur vel eẽntia) tertia ibi (ſic ergo pꝫ) ꝑuĩa in duas ſꝫ ꝙ duo facit q̃ excludũt ſecũda ibi (Silr̃ etiam) ꝑ[o] igit̃ continuando dicit abſtracta ſube .i. in genere ſbe. .ſ. humanitatẽ aĩalitatem et rõnalitatem eẽ quibus nõ pñt attribui intentiões logice. vñ dic̃ viſo qd ſignificat̃ noĩe eẽntie in ſubſtãtijs cõpoſitis. modo videndũ eſt quõ ſe hẽat ad rõnem generis ſpẽi ⁊ dr̃ie. vnde ꝓbat ꝙ iſta nõ pñt attribui hĩs q̃ dcã ſunt ꝑ talẽ rõnem illud cui debꝫ ꝯuenire rõ generis ſpeciei vel dr̃ie de neceſſitate dꝫ ꝑdicari de ꝯtẽtis ſub ſe. ſed hoc nomẽ humanitas nõ põt ꝑdicari de indiuiduis nec aĩalitas de ſpecieb⁹ nec rõnalitas de indiuiduis et ſpẽbus igit̃ ⁊c̃. maior pꝫ. quia de rõne vlis eſt poſſe predicari de ſuis inferiorib⁹. ſed minor ꝓbatur q: oĩa illa ſumũt eẽntias per modum ꝑtis: et pars realis vt dcm̃ ẽ ꝑdicari nõ poteſt de toto: igitur ⁊c̃. iſtius rõnis ponit maiorẽ et ꝓbationem minoris et hoc qd̃ dictũ ẽ ꝯfirmat ꝑ dictũ Auiceñ. qui dicit ꝙ rõnalitas non ẽ dr̃ia: ſed ꝑncipiũ dr̃ie: et eodẽ modo humanitas nõ eſt ſpẽs. ſed ꝑncipiũ ſpẽi. et aĩalitas non ẽ gen⁹: ſed ꝑncipiũ generis. Nota ꝙ ſicut dictũ eſt dr̃ia dicit totum tam formale. ꝙ ẽt mãle. ſed tñ formale determinate

ato mo ani e/

ſed materiale indeterminate: ſꝫ rõnalitas nõ dicit niſi ꝑtẽ .ſ. illud qd̃ eſt formale ſimplr̃ excludẽdo materiale. ⁊ iõ nõ põt eẽ dr̃ia ſed ꝑncipium: ſꝫ qñ ſunt aliqua duo illud qd̃ ẽ primũ ⁊ principale dicit̃ eẽ ꝑncipiũ: ⁊ q: rõnalitas ſignificat illud qd̃ eſt ꝑncipium ⁊ ꝑncipale. .ſ. formale excludẽdo materiale: iõ d: eſſe ꝑncipiũ differentie ⁊ eodeꝫ modo intelligẽdum eſt de humanitate ⁊ animaalitate.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter etiã no põt dici ꝙ ꝑdicat̃ de hoc indiuiduo. nõ enim põt dici ꝙ rõ generis uel ſpẽi uel dr̃ie ꝯueniat eẽntie ſm ꝙ ẽ quedã res exiſtens extra ſingularia ut platonici ponebãt q: ſic gen⁹ ⁊ ſpẽs non predicaret̃ de hoc indiuiduo. non enĩ põt dici ꝙ ſortes ſit hoc quod ab eo ſeꝑatum eſt: nec ſeꝑatũ illud ꝓficeret in cognitione huius ſingularis ſignati: ⁊ iõ relinquitur ꝙ rõ generis uel ſpẽi uel differentie cõueniat eẽntie ſm ꝙ ſignificatur ꝑ modum totius: ut nomine hoĩs uel aĩalis. ꝓut implicite ⁊ indiſtincte continet totũ hoc qd̃ in ĩdiuiduo ẽ:

¶ Excludit h̃ Ideas platonis quibus nõ poſſũt attribui intentiones logice dicẽs ꝙ ſicut abſtractis nõ poſſunt attribui intentiones logice: ſilr̃ nec põt dici ꝙ rõ generis vl̃ ſpẽi aut differentie ꝯueniat eẽntie ſm ꝙ ẽ quedã res exiſtens extra ſingularia ꝓut platonici ponebãt: ⁊ ꝓbat ꝑ talem rõnem illud cui dꝫ attribui intentio logica dꝫ predicari de ſuis inferioribus. Sed idee nõ poſſunt ꝑdicari de ſuis ſingularibus igitur ⁊c̃. maior pꝫ ſed minor ꝓbatur. quia illud qd̃ ẽ ſeꝑatum realiter a re non põt ꝑdicari aliquo modo eẽntialiter de ipſa re. Sed ſm platonicos ille idee ſunt realiter ſeꝑate ab iſtis inferiorib⁹ igit̃ ⁊c̃. iſti⁹ rõnis doctor ponit ꝓbationem minoris. Deinde remouet quoddã dubiũ: quia dicereꝫ aliquis ꝙ iſte idee valẽt ad cognitionẽ illius ſingularis: remouet hoc ⁊ dicit ꝙ nõ ẽ verũ. Sed nõ ꝓbat. Sꝫ ꝯcludit ꝙ intendit ⁊ dicit ꝙ relinquitur ꝙ rõ generis conuenit eẽntie ſm ſignificatũ per modũ toti⁹ vt noĩe hoĩs animal̃ ⁊ rõnalis ꝓut implicite ⁊ ĩdiſtincte continet totũ qd̃ eſt ĩ indiuiduo. ¶ Notãdũ ꝙ neceſſitas ponẽdi ideas a platone eſt duplex. Vna ex ꝑte cognitionis. alia ex ꝑte actiõis exterioris: ex parte cõgnitionis: q: ſciebat ſicut verum eſt ꝙ ſcie ſunt de incorruptibilibus ⁊ neceſſarijs q: ſolũ ſunt de vlibus que ſũt ĩcorruptibilia. Silr̃ demr̃ationes per quas acq̃ritur ſcia ſunt de ſempiternis ⁊ ſilr̃ diffinitiões que ſũt mediuꝫ demonſtrationis vt dicitur ꝑmo poſterior: ⁊ quia videbat ꝙ oĩa iſta inferiora ſunt cõmutabilia ⁊ ꝑticularia. iõ coactus fuit ponere ideas q̃ erãt ſempiterne de qbus eẽnt ſcie demonſtratiões ⁊ diffinitiões. Si iſta neceſſitas nulla eſt: quia lꝫ ponamus ꝙ ſcia ſit de neceſſarijs ⁊ ſempiternis: nõ opꝫ tamẽ ꝓpter hoc. ꝙ ponãtur ſepata ſꝫ rẽ. Sed ſufficit ꝙ ponãt̃ ſeparata ſcd̃m rõeꝫ ⁊ ꝯſideratõeꝫ rõis. Alia cã neceſſitatis .ſ. ex parte actiõis erat rõe accidẽtiũ et eorũ q̃ generãt̃ ꝑ putrediñẽ. q: cũ ĩ talib⁹ actionibus vl̃ generationibus nõ videm⁹ aliquod agens ꝑticulare opꝫ ꝙ ponãtur idee ⁊ agens a quo ille idee iꝑrimantur. Sꝫ nec iſta cã neceſſitatis valet q: ad iſtas opationes faciendas ſufficit agens vl̃e quod ẽ celũ cũ diſpoſitione materie: nec oportet ponere ideas quia ex illis forme mãles ꝓduci nõ poſſunt vt vult phs. ¶ Deinde cum dicit.

De neceſſitate ponẽdi et quõ nõ cogit

¶ Natura aũt uel eſſentia ſic accepta: põt dupliciter ꝯſiderari. vno mõ ſm naturã uel rõeꝫ ꝓpriam. ⁊ hec eſt abſoluta ꝯſideratio ipſius. ⁊ hoc modo nihil ẽ uerũ de ea niſi ꝙ conueniat ſibi ſm qd̃ hmõi. unde qcquid aliorũ attribuitur ſibi facta eſt attributio. Verbi gratia. hoĩ in eo ꝙ ẽ homo cõuenit rõnale ⁊ aĩal ⁊ alia

que in diffinitione eius cadūt: albū vel ni/grū uel quicqd hmōi qđ non eſt de rōe huma nitatis non ꝯuenit homini inqꝫtū eſt homo in eo qđ ē homo. unde ſi queraṫ utrū iſta natura ſic conſtituta poſſit dici una uel plures. neutꝝ concedendum eſt: quia utrunqꝫ eſt extra intel lectum humanitatis. ⁊ utrunqꝫ poteſt ſibi acci dere: ſi enim pluralitas eſſet de ratione eius nunquā poſſet eſſe una. cum tamen una ſit ſꝫm qđ eſt in ſorte. ſimiliter ſi unitas eſſet de intel/lectu ⁊ ratione eius. tunc eſſet una ⁊ eadem na tura ſortis ⁊ platonis. nec poſſet in pluribus plurificari. Alio modo conſideratur ſꝫ ꝙ ha bet eſſe in hoc uel in illo. ⁊ ſic de ipſa predica/tur aliquid per accidentia ratione eius in quo eſt. ſicut dicitur ꝙ hō eſt albus quia ſortes eſt albus. quāuis homini nō ꝯueniat ī eo ꝙ ē hō

¶ Manifeſtat igitur quō eēntie attribuanṫ intentiones logicales: ⁊ diuidiṫ in tres ptes: quia in pͥma ponit duas diſtinctiones eēntie vel nature. In ſcđa excludit quedaꝫ mēbra illaꝝ diuiſionū: quibꝰ intentiones non poſſunt at/tribui. In 3ª manifeſtat ⁊ concludit veritatem: ſcđa ibi. (nō pōt tamen dicit) 3ª ibi (relinquiṫ ergo) Pͥma ite/rū in duas ſꝫm ꝙ ponit duas diſtinctiones. Secūda ibi. (Hec aūt natura) ponit igiṫ pͥmam diſtinctionem dicēs

Quō nā hūana pōt duplr ꝯſiderari.

ꝙ natura vl̓ eēntia nature accepta ꝑ modū totiꝰ pōt du/pliciter ꝯſiderari. Uno mō ſꝫm ꝓpͥam rōnem ipiꝰ: et hec eſt abſoluta ꝯſideratio. qꝛ nō hꝫ eē in aliquo eius cō municatio. ⁊ hoc mō nihil eſt veꝝ de ea niſi qđ ꝯuenit ſi bi ſꝫm qđ hmōi: vnde qcqd alioꝝ attribuaṫ ſibi: falſa eſt attributio: ⁊ declarat per exēplū. qꝛ hoī in eo qđ eſt hō ꝯuenit aīal ⁊ rōnale ⁊ alia ſique alia ponūṫ in eius diffini tione. Sed accidētia vt albū ⁊ nigꝝ addūt aliquid homi ni qđ nō ē de eēntia humanitatis: nec ꝯueniūt hoī inquā tum hō: ⁊ oſtēdit qđ dcm̄ ē per quoddā exm: ⁊ dicit ꝙ ſi ꝗraṫ vtꝝ iſta natura ſic ꝯſiderata poſſit dici vna vl̓ plu res. dꝫ ꝙ neutꝝ ē ꝯcedēdū: qꝛ vtrūqꝫ ē extra itellectū eiꝰ .ſ. hoīs vel hūanitatis: qꝛ vtrūqꝫ pōt ſibi accidere. ⁊ ꝙ h̄ ſit verū pꝫ per talē rōem: ſi. n. pluralitas eēt de intellectu eius nunqꝫ poſſꝫ dici vna: cū vnū et plura ſint oppoſita: cū tamē ſit vna ſꝫm qđ eſt in ſorte. Silr̓ ſi vnitas eſſet de intellectu eiꝰ: tūc in quocūqꝫ inueniretṫ eēt vna: ⁊ ſic eſſet vna et eadē eēntialiṫ petri ⁊ pauli: nec poſſet plurificari: que oīa eēnt incōueniētia gº ⁊c̄. Alio mō ſumiṫ ipſa natu ra ſꝫm eē qđ hꝫ in hoc vel in illo quodcūqꝫ ſit illud: ⁊ ſic pōt ꝑdicari aliqd de ipſa ꝑ accidēs rōne eius in quo eſt ſicut dicimꝰ ꝙ hō ē albus: qꝛ ſortes ē albus in quo inue/nitur hūaitas quāuis albedo nō ꝯueniat hoī inquātum ē hō. vt ſupra dcm̄ ē. ¶ Nota diligenṫ diſtinctiōem poſi/tā. qꝛ natura pōt duplr̓ ꝯſiderari. vno mō abſolute ſꝫm qđ abſtrahiṫ ab oī eē. et hoc mō nō ē ſꝫm rē. Sꝫ ſolū ſꝫ ꝯſideratiōem rōnis qꝛ realr̓ nūqꝫ ē hūanitas ꝗ nō habe/at eē in aliquo. Alio mō pōt ꝯſiderari ſꝫm qđ ē ī aliquo ⁊ hoc ē tā ſꝫm rē qꝫ ſꝫm rōem qꝛ realiṫ ē veꝝ ꝙ hūanitas ſꝑ ē in aliquo ⁊ ſꝫm rōnem ēt qꝛ intellectus apphendit ipſaꝫ ꝓut hēt eſſe in aliquo. ¶ Nota ꝙ differētia eſt inter acci

Dña inter accñtia ꝓ/pa ⁊ coīa.

cidentia ꝓpͥa ⁊ accidētia coīa: qꝛ accidentia ꝓpͥa pͥº ⁊ ꝑ ſe ꝯueniūt ſpēi. Scđario aūt et ex ꝯſequēti ꝯueniūt in diuiduo: vt riſibile pͥmo ⁊ per ſe conuenit hoī. Secūda rio aūt ſorti. Sꝫ accidētia coīa ſe habēt econuerſo: qꝛ pͥº ꝯueniunt īdiuiduis: ſecūdario ſpēbus vt albedo ⁊ hmōi Et hoꝝ rō eſt qꝛ accidētia ꝓpͥa cauſanṫ ex pͥncipijs ſpe ciei: qꝛ ex vnitate forme: cū materia reſultat ꝓpͥa paſſio et iō pͥmo et ꝑ ſe ꝯueniūt ſpēi: et quia pͥncipia ſpēi reſer/uanṫ in quolibꝫ indiuiduo. iō ſecūdario ꝯueniūt indiui/duo. Sꝫ accidentia coīa cānṫ ex pͥncipijs indiuiduatiōis.

qꝛ ex diuerſa cōſtitutione elemētoꝝ cānṫur diuerſa acci/dentia: et iō pͥmo ꝯueniūt indiuiduis: et qꝛ pͥncipia indi/uidui ꝯtinenṫ indiſtincte in ſpēbus. ideo ſcđario conue/niunt ſpēbus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec aūt natura duplex habet eſſe. unum in ſingularibus. ⁊ aliud in anima. ⁊ ſꝫm utrunqꝫ conſequuntur accidentia dictā naturaꝫ ⁊ ſic in ſingularibus hꝫ multiplex eſſe ſꝫ diuerſitateꝫ ſingularium ⁊ tamen ipſi nec ſꝫm ſuam ꝓpͥā conſiderationem. ſ. abſolutam nullum iſtorū eſſe debere: falſū enim eſt dicere ꝙ natura ho minis inquātū huius eſſe habeat in hoc ſingu lari. ſi enim eſſe in hoc ſingulari conueniret ho mini inquātū eſt homo. nō eſſet unqꝫ extra h̄ ſingulare. ſimiliter ſi conueniret homini inquā tum homo non eſſet in ſingulari nunqꝫ eſſet in eo. ſed verum eſt dicere ꝙ homo inquātū eſt homo: habet. ſ. ꝙ ſit in hoc ſingulari uel in il lo aut in alia. patꝫ ergo qđ natura hominis ab ſolute conſiderata abſtrahit a quolibet eſſe ita tamen qđ non fiat preſciſio alicuius eorum.

¶ Hic ponit ſcđam diſtinctionē dicēs ꝙ natura cōſide rata ꝓut hꝫ eē in alio hꝫ duplex eē. vnū ē qđ hꝫ eē in ſin/gularibꝰ. aliud ē qđ hꝫ eē in aīa. ⁊ ſꝫ vtrūqꝫ eſſe ꝯſequū tur dictā naturā accidētia. ſꝫ enī eē qđ hꝫ ī aīa ꝯſequūṫ eēntiam ipam accidētia: ꝗ dicūṫ entia rōnis. vt genꝰ. ſpēs differētia ⁊ hmōi: ſꝫm vº eē qđ hꝫ in ſingularibꝰ ꝯſequū tur ea accidētia: ꝗ dicuntur entia realia. vt nigredo albe/do ⁊c̄. itaqꝫ ꝙ ſꝫm vtrūqꝫ eē conſequūṫ dictā naturā: et diuerſa ſꝫm diuerſū eē vt patebit infra. Itē ꝓut hꝫ eē in ſingularibꝰ diuerſificaṫ ſꝫm diuerſitatē ſingulariū et ꝓut hꝫ eē in aīa diuerſificaṫ in aliquo mō ſꝫm diuerſitatē ani/maꝝ: et tamē diṫ ꝙ ipi nature ſꝫm pͥmā ſuā ꝯſideratiōeꝫ et ſuā ꝓpͥā rōnem abſolutā nullū iſtoꝝ eē diciṫ. nam fal ſum ē dicere ꝙ natura vl̓ eēntia hoīs inqꝫtū ē hō habeat aliud eē in hoc ſingulari: et ꝓbat ꝙ ſi eē in hº ſingulari cō ueniret hoī inquātū ē hō nunqꝫ eēt extra hoc ſingulare ſi militṫ. ſi ꝯueniet hoī inquātū hō nunqꝫ eēt in hoc ſingula/ri. Sed veꝝ ē dicere ꝙ hō inqꝫtū eſt hō nō hēt ꝙ ſit ī hº ſingulari vel in illo vel in hec aīa vel in illa. Cōcludit er/go et diṫ ꝙ pꝫ ꝙ natura hoīs abſolute ꝯſiderata abſtra/hit a quolibꝫ eē: ita tamen ꝙ nō ſit ꝑciſio ſiue excluſio ali cuius eoꝝ: quia vtrūqꝫ pōt ſibi cōuenire. ⁊ dicit ꝙ hec natura ita abſolute conſiderata eſt illa que predicaṫ de i/diuiduis hoībus. Nota ꝙ ex iſto vbo vltimo: hec ē veri tas cuiuſdā dubitatiōis que moueṫ in logica. ¶ Dubita

Utꝝ ꝑdicatio gñis de ſpē ſit ꝑdicatio ſupioris de inferiori.

tur. n. vtrū ꝑdicatio generis de ſpē ſit maioris de minore vel equalis đ equali: ⁊ videṫ ꝙ equalis de equali ſic aut aīal qđ ꝑdicatur de hoīe predicatur de ipſo ſolum ſꝫ eē qđ hꝫ in eo: aut ſꝫm eſſe qđ ēt hꝫ in alio. ſi pͥmo modo ſic eſt equalis de equali. Si ſcđo modo ſequereṫ ꝙ hō eēt aliud animal qꝛ ſi aīal ſꝫm eſſe qđ hꝫ in equo predicareṫ de hoīe: tunc hō eſſet animal qđ eſt equus qđ eſt incon ueniens. igitur ⁊c̄. In oppoſitum eſt porphirius. ¶ Ad iſtam qōem aliqui oſtendūt in ſcriptis ſuis ꝙ genus pōt duplr̓ ꝯſiderari. ſ. logice ⁊ phyſice ſi conſideretur logice ſic ꝑdicatur maius de minori. qꝛ ſꝫm rōnem ꝗ ꝑdicatur ꝑtinet ad logicū qui ē artifex rōis ꝑdicari de hoīe. equo ⁊ ſic de alijs. Si ꝯſidereṫ phyſice ſic ē equalis de equali qꝛ ſꝫm illā nām ſꝫm quā ꝑdicatur de hoīe nō ꝑdicatur đ equo ſed ſꝫm aliā: ⁊ hoc pertinet ad phyſicū qui eſt arti/fex nāꝝ realis. Sed iſtam diſtinctionē nō reprobando qꝛ fuit boni viri intēdo ponere aliā quā reputo meliorē. ⁊ ac cipiam ex illo paſſu: dico ergo ꝙ talis ꝑdicatio eſt maio/ris de minori quia aliter deſtrueretur illa diſtinctio ꝗ po nitur in porphirio. Et huiꝰ rō eſt qꝛ iſta natura. ſ. aīalis

ſm ſanctū Thomā predicat̄ ſm ꝙ abſolute conſiderat̄ ⁊ ꝓut abſtrahit ab omni eē tam ab eſſe in hoīe ꝙ̄ ab eſſe in equo ⁊ ſic de alijs inquantū tn̄ quodlibet eē eoꝝ pōt ſibi ꝯuenire. ⁊ iſto mō magis eſt p̄dicatio maioris de minori ꝙ̄ ſi predicaretur ſm eē qd̄ habet in hoīe ⁊ equo ⁊ in oībus alijs ſpēbus. ⁊ ꝑ hoc pꝫ ſolutio ad argumentū. qꝛ nō predicat̄ ſm eē qd̄ hꝫ tm̄ in hoīe ⁊ equo ⁊ alijs. Sꝫ ſm ſuā abſolutā ꝯſideratiōem: ⁊ ꝙ̄uis doctor dicat de hoīe in ordine ad indiuidua. idē tn̄ videt̄ eſſe de nā animalis in ordine ad ſuas ſpēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō tamē pōt dici: ꝙ rō vl'is ꝯueniat nāe ſic accepte qꝛ de rōe vl'is ē vnitas ⁊ cōitas. nāe aūt humane neutrum eorum conuenit ſꝫ ſuā abſolutam conſiderationem. Si enim cōmunitas eēt de intellectu hominis tūc in quocunqꝫ inueniretur hūanitas īueniretur cōitas. ⁊ hoc falſum eſt qꝛ in ſorte nō inuenitur cōitas aliq̄: ſed quicquid ē in eo indiuiduatum eſt.

¶ Remonet duo mēbra a dictis diuiſionibꝰ qbus non attribuūtur intentiōes logice: et circa hec duo facit. qꝛ pͦ remouet vnū dubiū. 2ͦ remouet ſcdm. 2ᵐ ibi (Silr̄ et non) pͥmo remouet pͥmū dubiū ⁊ dicit. ꝙ nature vl' eſſētie ſm ſe ⁊ abſolute cōſiderare nō pōt attribui intētio logica ⁊ hoc ꝑ talem rōnem ꝓbat. Illi de cuiꝰ rōne nō eſt vnitas ⁊ cōitas nō hꝫ qd̄ ſibi poſſit attribui aliqua itētio logica. Sed de rōne nāe vel eēntie ſic accepte non ē vnitas nec cōitas. igitur ⁊c̄. Maior pꝫ qꝛ de rōne vl'is ē ꝙ ſit vnū de multis ⁊ cōe multis. ꝓbat̄ minor qꝛ ſi cōitas eēt de rōne ſiue de intellectu hominis: tunc ī quocūqꝫ inueniretur humanitas inueniret̄ ēt cōitas ⁊ vnitas. Sed hoc eſt falſuꝫ quia in petro inueniret̄ humanitas: ⁊ ī ſorte in quo non inuenitur aliq̄ cōitas qm̄ quicqd eſt in eo ē indiuiduū ⁊ ſingulare. Silr̄ ſi vnitas eſſet de rōne humanitatis tunc in quocūqꝫ eēt humanitas eēt etiaꝫ vnitas qd̄ ē falſuꝫ qꝛ in ſorte inuenitur humanitas in quo nō eſt vnitas ſed pluralitas. ¶ Nota ꝙ ſm doctrinā Ariſt. in pͥmo poſterioꝝ vl'e eſt in multis ⁊ de multis vnū. qꝛ vl'e ē vnū ideo realiter dicit̄ ꝙ de eius rōne ē vnitas ⁊ qꝛ ē in multis ⁊ de multis. iō de eiꝰ rōne eſt vl'itas. Sed quare dī ī multis ⁊ de multis. qꝛ vl'e pōt cōſiderari vno mō ꝙ̄tuꝫ ad eē ⁊ ſic dicit̄ eē in multis. Alio modo quantuꝫ ad predicari ſic dicitur de multis. qꝛ de multis p̄dicatur ⁊ dicitur vnde vl'e eſt vnū p̄ter multa ꝓut eſt in intellectu extra ſingularia: ⁊ eſt vnū in multis ꝓut hꝫ eē ī ſingularibꝰ ſed ex hoc qd̄ dictū ē orit̄ dubitatio. Utꝝ de rōe vl'is ſit ꝙ ſit vnum in multis ⁊ dicat̄ in multis ⁊ videt̄ ꝙ nō qꝛ aliqua ſunt vl'ia que nō ſunt niſi in vno ⁊ de vno ſolo dicūt: vt phenix. ſol. ⁊ gabriel ⁊ ſic de alijs. In oppoſituꝫ ē phs ad hoc eſt dōm ꝙ de rōne vl'is eſt ꝙ ſit vnū ī multis vt dicit phs tn̄ eſt aduertendū ꝙ aliqd̄ ē vl'e quod ē ī multis ⁊ dicit̄ de multis actu. vt homo equus ⁊ ſimilia. Et aliquod vl'e ē qd̄ ē ī multis ⁊ dicit̄ de multis nō actu ſed in habitu et in ſe per quādā ſucceſſioneꝫ. vt phenix q̄ dicitur iſto tp̄e de iſta phenice. ⁊ alio tp̄e dicet̄ de alia ⁊ eſt aliquod vl'e qd̄ eſt in multis ⁊ dicitur de multis non in actu nec in potentia nec ſimul nec ſucceſſiue ſm ip̄m ⁊ ſm ſe ꝯſiderando ſicut ſol ⁊ angl's: ſpēs enim ſolis ſi ſm ſe ꝯſideret̄ nō repugnat ſibi eē in multis ⁊ dici de multis: imo de ſe ſibi cōuenit ꝙ poſſit cōicari multis: qꝛ vl'e ē: ſed ꝙ nō poſſit eſſe plura ſub ſe hoc nō eſt ex defectu ſuo quin de ſe ſit ꝯicabilis pluribus. ſed hoc ē ex defectu recipientis: qꝛ nō eſt dare aliquā mām receptiuā forme ſolis niſi illā que ē ſub illo ⁊ hoc eſt qꝛ ſm phꝫ conſtat ex tota ſua mā. Silr̄ de q̄libet ſpē angelica que de ſe eſt cōicabilis pluribus: qꝛ ſi eēnt plures angeli in eadē ſpē: cuilibet eoꝝ eēt cōicabilis. Sꝫ qꝛ tota talis ꝑfectio ſpecificata in vno indiuiduo ꝯtinetur iō alteri non cōicat̄: nec cōicari pōt ēt v̄tute diuina: ⁊ ſic patet ſolutio ad obiectionem.

Utꝝ vl'e ſit vnū ī multis ⁊ ꝺ mul'tis.

Utꝝ ꝺ rōe vl'is ſit ꝙ ſit vnuꝫ in multis et dicatur de multis.

¶ Deinde cū dicit.

¶ Similiter ēt non pōt dici ꝙ rō generis vel ſpēi accidat nāe humane ſm illud eſſe qd̄ hꝫ ī indiuiduis: qꝛ non inuenitur in indiuiduis nā humana ſm veritatem ut ſit unum quid cōueniens cuilibet qd̄ rō uniuerſalis exigit.

¶ Nunc excludit ſcdm modū de intentionibus logicis et dicit ꝙ intētio logica nō pōt attribui nature hūane aut alteri nāe ſm eē qd̄ hꝫ in indiuiduis ⁊ ꝓbat ꝑ talē rōeꝫ. Illi de cuius rōne nō eſt vnitas nō pōt attribui intentio logica. Sed de rōne nāe humane ꝓut eſt ī idiuiduis nō ē vnitas ſed pluralitas. ergo ⁊c̄. maior pꝫ per ea que dcā ſunt: minor ēt eſt euidens. iſtius rōnis pōit ſolum minorem doctor. ¶ Nota ꝙ in rōne p̄dicta accipiunt̄ duo ex parte que ſunt de rōne vl'is. ſ. vnitas ⁊ cōitas. modo in iſta rōne ponit ſolū vnū. ſ. vnitatē: quia cōitas bn̄ ē de rōne humane ꝓut eſt ī indiuiduis nec hoc eſt inconueniens qꝛ ad deſtructiōem vnius copulati ſufficit deſtruere vnā partē: ⁊ ſic ad falſitatem ꝯōe ſufficit falſitas alterius ptis ſic eſt in ꝓpoſito qꝛ de rōne vl'is eſt vnitas ⁊ cōitas ad ꝓbationem. gͦ ꝙ aliqd nō ſit vl'e ſufficit oñdere: vel ꝙ nō ſit vnuꝫ vel ꝙ nō ſit cōe. ¶ Deinde cum dicit

¶ Relinquitur ergo ꝙ rō ſpeciei accidit nāe humane ſm illud eſſe quod habꝫ in intellectu. Ipſa enim natura hꝫ eē in intellectu abſtractū ab oībus indiuiduantibus: ⁊ hꝫ rōem vniformeꝫ ad oīa indiuidua que ſūt extra aīam ꝓut eēntialiter eſt ſimilitudo omnium ⁊ inducens in cognitionem inquantum ſunt hoīes. Et ex hoc ꝙ talē relatiōem habēt ad oīa indiuidua intellectus adinuenit rōem ſpēi ⁊ attribuit ſibi. unde dicit cōmen. pͥmo de anima. ꝙ intellectꝰ eſt q facit uniuerſalitatem in tribus. hoc etiaꝫ Auicen. ī ſua meta. viii. dicit.

¶ Manifeſtat quō eēntie attribuant̄ intentiōes logice ⁊ duo facit. qꝛ pͥmo facit qd̄ dcm̄ ē. 2ͦ remouet q̄dā dubia ſcda ibi (⁊ quāuis) Prima gͦ māifeſtat quō eēntie attribuat̄ intentio logica. ⁊ dic̄ ꝙ intētiōes nō attribuuntur eēntijs ꝯſideratis ſm ſe abſolute: nec ēt eſſentijs ꝓut habent eſſe in ſuis īferioribꝰ. vt dcm̄ ē. Relinqt̄ gͦ ꝙ tales intētiōes attribuāt̄ eēntijs ꝓut hn̄t eſſe in intellectu ⁊ declarat q̄liter ⁊ dic̄ ꝙ ip̄a nā hūana in ītellectu hꝫ ēt abſtractū ab oībus indiuiduātibꝰ: ⁊ qꝛ ſic eſt abſtracta ab oībꝰ icc irco hꝫ rōem vniformē: ad oīa indiuidua q̄ ſunt extra aīam inquātū eq̄liter ē ſilitudo oīum: ⁊ ducens in oīum eoꝝ cognitiōem inquātū ſūt hoīes: ⁊ ex hͦ ꝙ talē relationem hꝫ ad oīa indiuidua intellectꝰ ꝯſiderat ꝙ pōt cōuenire multis ⁊ de multis p̄dicari ⁊ adinuenit rōnem ſpeciei q̄ eſt p̄dicari de pluribus differētibus nūero in eo ꝙ qd: et ſibi talē rōnem attribuit et ſic vocat̄ ſpēs. Et ſicut dcm̄ ē de nā ſpēi: ita dōm eſt de nā generis in ordine ad ſpēs ⁊ ſilr̄ de dr̄ia: et hoc qd̄ dcm̄ eſt ꝯfirmat ꝑ auctoritatem ꝯmen. dicentis in pͦ de aīa ꝙ intellectus eſt qui facit vl'itatem in rebus. ſ. rebus attribuendo vniuerſalitatem. Et hoc idem dicit Auicen. in ſua meta. ¶ Nota ꝙ eſt dr̄ia int̄ pͥmā intentiōem ⁊ ſecūdā. Prima. n. ē intentio neceſſario ē id in quo pͦ fert̄ itell's ⁊ hoc ē qditas vl' eēntia rei ſic humanitas ē pͥma intentio hominis. Scda intētio eſt id in quo ſcdario fert̄ intell's. ſ. hoc ꝙ eſt p̄dicari de pluribꝰ. ita ꝙ ꝓp̄e loquendo hō nō eſt pͥma intentio. Sꝫ nomē prime intentiōis: nec ſpēs eſt 2ª intentio. ſꝫ nomen ſcde intentiōis q̄ ē p̄dicari de pluribus differentibus nūero. ¶ Nota ꝙ pͥma intentio non eſt ꝓp̄e intentio: imo eſt vera res. Sed appellatur pͥma intētio inquātum eſt id in quo pͥmo intendit intell's. Sed ſcda intētio eſt vera intentio: quia eſt ſolū qd rōnis ⁊ nō quid reale: qꝛ eſt qd factū ab anima. itaqꝫ itellectus nō facit primaꝫ

Quō pͥma intentio differat a 2ª.

intentionem. Sed ſibi nomen imponit. Sed intellectꝰ bene fac̃ ſecũdã ⁊ ſibi nomẽ ĩponit. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et quãuis hec natura intellectiua hẽat rõnẽ vniuerſalis ſm quod cõparatur ad res que ſunt extra aĩam: quia eſt una ſimilitudo omnium. tamen ſꝫ quod hꝫ eẽ in hoc intellectu uel in illo eſt ſpecies quedam intellecta particularis. ⁊ ideo pꝫ defcũs cõmẽ. ĩ tertio de anima. qui uoluit ex ul'itate forme intellecte uniuerſalitatem intell's concludere. quia non eſt ul'itas illius forme ſꝫ hoc eſſe qđ hꝫ ĩ ĩtellectu. ſꝫ ſꝫ quod ad res refert' ut ſimilitudo rerum ſicut etiam ſi eſſet una ſtatua corporea repreſentãs multos homines conſtat ꝙ illa imago uel ſpecies ſtatue haberet eſſe ſingulare ⁊ proprium ſm quod eſſet in hac materia. ſed haberꝫ rõnem communitatis ſm qđ eſſꝫ cõmune repreſentatiuum plurium.

*Utrum nõ exiſtens ĩ intellectu abſtracta ab oĩbꝰ indiuiduationibꝰ ſit vl'is.*

¶ Hic mouet tres dubitationes. quarum p̃ma eſt talis dictũ eſt ꝙ nã exiſtens in intellectu abſtracta ab oĩbꝰ indiuiduantibus eſt vl'is: dubitatur quõ hoc eſſe poſſit quia certũ eſt ꝙ intellectus meꝰ in quo eſt illa nã eſt ſingularis. ſed qcq̃d eſt in ſingulari eſt ſingulare: q2 recipiens et receptũ debent eẽ ꝓportionata. hãc dubitationem remouet et dicit ꝙ iſta nã põt dupl'r conſiderari. Uno mõ ſm ſuũ eſſe qđ hꝫ in aĩa et in intellectu: et ſic eſt ſingularis ſicut et intell's vt arguebat'. Alio modo talis nã põt conſiderari ſm qđ ꝯpat' ad res extra animã: ſicut vna ſimilitudo omniũ taliũ rez ſic eſt ſingularis inq̃ʒtũ rep̃ntat multa eſt vl'is. vnde poſſumus dicere ꝙ talis natura eſt ſingularis in eſſendo. Sed vl'is in rep̃ntando vel ſignificando. Et ex hoc dicit ipſe: pꝫ defectus Comẽ. qui in 3° de anima uoluit ex vnitate forme intellectiue vnitatem intellectus in oĩbus hominibꝰ cõcludere: q2 vt dictũ eſt non eſt vl'itas forme ſm eſſe qđ habet in intellectu. Sꝫ ſm qđ refert' ad res extra: vt ſil'itudo earũ: et declarat q̃ dixit per vnũ exemplũ mãle: vt ſi eſſet vna ſtatua corporalis rep̃ntans multos hoĩes pꝫ ꝙ illa imago vel ſpecies ſtatue habet eſſe ſingulare et ꝓpriũ ꝑut eſt in hac mã. ſꝫ habet rõem cõitatis et vniuerſalitatis ſꝫ ꝙ exiſtens vna eſt rep̃ntatiua pluriũ. ¶ Nota ꝙ aliqua ſunt ſingularia q̃ʒtũ ad eſſe et q̃ʒtũ ad repreſentatiõem. Aliq̃ v° ſunt ſingularia q̃ʒtũ ad eſſe et nõ q̃ʒtũ ad repreſentationem ſicut pꝫ in rebus mãlibus: ſi enim eẽt aliqua ſtatua facta ad ſimilitudinem petri: illa eſſet ſingularis et in eſſendo ⁊ ĩ repreſentãdo. Sed ſi eſſet aliqua ſtatua cõiter facta ad ſil'itudinem plurium. illa eẽt ſingularis in eẽndo ⁊ vl'is in repreſentando ita eſt de ſpeciebꝰ: q2 ſpẽs q̃ eſt in ſenſu particulari eſt ſingularis in repreſentãdo. q2 ſolũ rep̃ntat ſingulare: ⁊ eſt ẽt ſingularis in eẽndo. q2 habet eſſe in materia ſingulari. Sꝫ ſpẽs q̃ ſunt in intellectu ſũt ſingl'es ĩ eẽndo. q2 recepte ſũt in intellectu ſingl'i. Sed ſunt vl'es in repreſentãdo q2 plura repreſentant. ¶ Deinde cũ dicit.

*Quõ aliq̃ ſũt diuerſimode vl'ia ⁊ ſingl'aria*

¶ Et quia nature humane ſm ſuam abſolutã conſiderationem conuenit ꝙ predicat' de ſorte. ⁊ ratio ſpeciei non conuenit ſibi ſm ſuã abſolutam. ſ. humane nature conſiderationeꝫ. ſꝫ eſt de accidentibus que conſequunt' ea ſcilicꝫ ſm quidem eſſe quod hꝫ in ĩtellectu. Ideo nomen ſpeciei non predicat' de ſorte ut dicat' ſortes ẽ ſpecies. quod de neceſſitate accideret: ſi rõ ſpeciei conueniret homini. ſm eſſe quod hꝫ in ſorte: uel ſm ſuam abſolutam conſiderationem. ſ. inquantũ eſt homo quicquid etiã cõuenit hoĩ in q̃ʒtũ eſt homo predicat' de ſorte.

¶ Hic mouet ſcđaꝫ dubitatiõem q̃ talis eſt. Videmus enim ꝙ iſta ẽ vera predicatio hõ eſt ſpẽs ⁊ ſortes eſt hõ querit' ergo quare nõ eſt vera p̄dicatio ſic dicendo ſortes eſt ſpẽs cũ ſm regulã Ariſt. in predicamentis qñ alterꝫ de altero predicat' quicq̃d predicatur de p̄dicato predicatur ẽt de ſubõ. Soluit ꝙ nõ ſeq̃tur ꝙ ſortes ſit ſpẽs licet homo ſit ſpẽs ⁊ ſortes ſit homo. q2 mutat' mediũ ⁊ cõmittit' fallacia accñtis quia aliter accipit' in prima ꝓpõne qñ attribuit' ſibi intentio ſpẽi: ⁊ al'r in ſcđa qñ predicãtur de indiuiduis: q2 in prima accipit' ſm qđ hꝫ eſſe in intellectu. in ſcđa v° ꝑut hꝫ eſſe in rez natura. hec aũt oĩa patent per ea que dcã ſunt: ideo nõ ſeq̃t'. ¶ Nota ꝙ illud dcm̃ Ariſt. ſ. qñ alterꝫ ⁊c̃. tenet ſolũ in predicationibꝰ eẽntialibus ⁊ realibus ⁊ per ſe: ⁊ qñ p̄dicatũ eodẽ modo ſumit' in ſcđa ſicut in prima ꝓpõne. Sed ſic nõ eſt hic: q2 illa predicatio. homo eſt ſpẽs. eſt ſimplex ⁊ per accidens ⁊ iſta ſortes eſt homo eſt perſonalis in p̃ma homo ſignificat intentionem ⁊ ſpẽm in intellectu exiſtentem. in ſecũda ſignificat rem ⁊ hoĩem realẽ. vñ aliter ſumit' in prima ⁊ aliter in ſcđa ꝓpõne vt dcm̃ eſt. vnde ꝑut homo ẽ ſpẽs. ideſt ꝑut ſibi attribuitur intentio ſpẽi non predicat' de petro ⁊ ideo notãter addit qđ de necẽitate accider ꝙ ſortes eſſet ſpecies. ſi rõ ſpeciei cõueniret hoĩ ſm ꝙ hẽt eſſe in petro: vel ſm ſuam abſolutam conſiderationẽ inquantũ. ſ. homo eſt. quia qđ conuenit homini inq̃ʒtum ẽ homo: conuenit omni homini ⁊ ita conueniret petro ⁊ đ ipſo predicaretur. ¶ Deinde cum dic

*Quõ verificatur illõ pn^m qñ alterꝫ đ altero p̄dicat'.*

¶ Et tamen predicari conuenit generi per ſe cum in eius diuiſione ponat'. predicatio enim eſt quoddam qđ complet' per actiõem intell's componẽtis ⁊ diuidentis habens tamen fundamentũ in re ipſa unitateꝫ eorum quoꝝ unũ de altero dicit'. unde rõ p̄dicabilitatis poteſt claudi in rõne huius intentiõis que eſt genus que ſil'r per actionem intell's complet'. nihilominus tñ id cui intell's intentiõem p̄dicabilitatis attribuit componẽs id cũ altero non ẽ ipſa intentio generis: ſed potius id cui intell's intẽtum generis attribuit. ſicut quod ſignificatur hoc nomine animal.

¶ Hic remouet tertiam dubitationẽ que eſt vtrum generi poſſit attribui predicatio ⁊ ſoluit dicens ꝙ predicari conuenit generi per ſe ⁊ probat quia illud conuenit alicui per ſe qđ ponitur in eius diffinitione. Sed predicari ponitur in diffinitione generis. igitur ⁊c̃. Maior ⁊ minor patent ⁊ ſubdit ꝙ hoc eſt inconueniens ⁊ ꝓbat q2 dicit. certum eſt enim ꝙ predicatio ẽ quoddã qđ completur per actionem intellectus componentis ⁊ diuidentis: licꝫ fundetur in re ipſa. ſ. in vnitate eorum quorum vnũ de altero p̄dicatur et dicitur. Cum ergo ratio huius intentionis que eſt genus ſimiliter completur per actum intellectus: ſequitur ꝙ ratio predicabilitatis ſibi poſſit attribui. Hic vlterius remouet quandam dubitationem dicens: nihilominus tamen illud cui intellectus rationem predicabilitatis attribuit componens vnum cum altero non ẽ ipſa intentio generis. Sed potius illud cui intellectus intentionem generis attribuit: ſicut qđ ſignificatur hoc nomine animal. ¶ Nota ꝙ ex his que hic dicũtur manifeſte colligere poſſumus ꝙ prima intentio eſt illa que predicat' de inferioribꝰ. Sed ſcđa p̄dicatur niſi de his cui attribuit' et hoc predicatione denominatiua. Unde iſta ꝓpoſitio homo eſt ſpẽs eſt ſingularis: lꝫ videatur indefinita: quia ibi ponitur terminus cõmunis ſine ſigno: qđ tamen non eſt verum: q2 indefinita poteſt verificari pro aliquo ſuo inferiori: qđ non poteſt in ꝓpoſito: nec eſt verũ ꝙ ibi ſit realiter terminus communis ſine ſigno: quia ille terminus cõmunis accipitur loco termini ſingularis: in-

*Quõ p^a intentio p̄dicat' de inferioribus nõ ãt ſcđa.*

*Quõ illa ꝓpoſitio ẽ ſingularis hõ ẽ ſpẽs*

Quō p̄ma intentio vel ſcd̄a diffiniatur quando di. diffinit genus.

quantū ſibi attribuit rō ſpeciei. ¶ Nota ēt ꝙ dubiū qd diffiniatur in logica cum diffinitur genus. Utrum p̄ma intentio vel ſcd̄a. Ex his que hic habentur: vꝫ ꝙ prima. q: illa eſt p̄ma intentio que p̄dicat de ſuis inferiorib⁹: tñ credo ꝙ nō ē p̄ma per ſe: nec ſcd̄a ꝑ ſe. Sꝫ vtrūqꝫ ſil'. ſ. p̄ma cū ſcd̄a: lꝫ p̄ncipalius credo ꝙ ſit ſcd̄a: ex eo ꝙ logica nihil hꝫ tractare de p̄mis intentionib⁹ niſi inquantum ſibi attribuūtur ſecūde. vnde hō nihil ꝑtinet ad logicum niſi inquātū ſibi attribuit hec intētio ſcd̄a q̄ ē ſpēs. Et ſic itelligendū ē de alijs p̄mis intentiōib⁹. ⁊ h⁹ rō eſt: q: logicus ē artifex rōis. ⁊ iō nō ꝯſiderat niſi entia rōnis: vel attributa enti rōnis: ⁊ hᵒ eſt qd̄ dꝛ: ꝙ logica ē de ſcd̄is intentionibᵃ adiūctis p̄mis: ita ꝙ principalr̄ eſt de ſcd̄is. iō p̄ncipalr̄ diffinit ſcd̄as. vñ dicunt qdā ⁊ bñ ꝙ diffiniunt ſcd̄e intētiōes in ꝯcreto per qd̄ manifeſte dat intelligi ꝙ nulla ꝑ ſe diffinit: ſꝫ ambe ſil' q: intētio ſcd̄a ſumpta in cōcreto nihil aliud ē niſi ſcd̄a intentio informās p̄mā ꝑ hᵒ ēt ꝙ nō dꝛ ꝙ prima intētio ſub ſcd̄a diffinitur ſed ſcd̄a in cōcreto. i. informans p̄mā manifeſte datur intelligi quia 2ᵃ p̄ncipaliter diffinitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sic ergo pꝫ qualr̄ eēntia vel nā ſe hꝫ ad ratiōem ſpēi. q: rō ſpēi nō ē de illis que ꝯueniūt ei ſcd̄m ſuam abſolutā conſiderationeꝫ neqꝫ ē de accidentib⁹ que cōſequūtur ipſum ſcd̄ꝫ eē quod hꝫ extra aīam vt albedo uel nigredo. ſꝫ eſt de accidētibus que conſequūtur eam ſcd̄ꝫ eſſe quod hꝫ in intellectu. Et per hunc modū cōuenit ſibi rō generis uel differentie.

¶ Hic ponit doctor corelariū dicēs ꝙ ex dictis pꝫ qualr̄ eēntia vel nā ſe hēat ad rōnem ſpeciei. q: ſ. rō ſpēi nonꝫ ē de his que ꝯueniūt nature vel eēntie ſcd̄m ſuā abſolutā ꝯſiderationē neqꝫ ē de accidentibus q̄ ꝯſequūt ipſaꝫ eſſētiam ſcd̄m eē quod hꝫ extra aīam. ſ. in indiuiduis. Sed ſpēs ē de accidentib⁹ q̄ ꝯſequūtur ipām eēntiam ſcd̄ꝫ eē qd̄ hꝫ in intellectu: ⁊ ꝑ hūc modū ꝯuenit ſibi rō generis ſpēi ⁊ dr̄ie. ¶ Nota ꝙ ſicut natura hꝫ duplex eē. ſ. vnuꝫ materiale aliud immāle. vnū extra aīam aliud in aīa. ita ſibi cōueniunt duo gn̄a accidentiū ſꝫ ꝙ hꝫ eē reale i ſuis inferiorib⁹ ꝯueniūt ſibi accidētia realia. ſ. albedo nigredo ⁊c. ſm vō ꝙ hꝫ eē in aīa ⁊ immāle ꝯueniūt accn̄tia immālia ⁊ accn̄tia rōis vt ſpēs ⁊c. ¶ Nota ꝙ dr̄ia eſt inter ſpeciem que ē intētio ſcd̄a ⁊ ſpēm que ē p̄ncipiū intelligendi q: ſpēs que eſt intentio ſcd̄a ē ens rōnis: q: facta eſt ab itellectu. Sed ſpēs que eſt p̄ncipiū intelligendi ē quid reale: ſcd̄m ꝙ ens reale diſtinguit ꝯ ens rōnis lꝫ non ſit qd reale ſcd̄m ꝙ ens reale diſtinguit cōtra ens intentionale q: tales ſpēs ſunt entia intētionalia. Sꝫ ꝓ tāto dicūtur realia inquātū informāt intellectū qui ē quid reale. ¶ Dubitatur de duobus. ⁊ p̄mo de hoc qd̄ dcm̄ ē ſupius. q: nā humana hꝫ eē in intellectu abſtractum ab oībus indiuiduātib⁹ ⁊ dcm̄ ē ꝙ hoc non eſt realiter. Sꝫ ſolū ſcd̄m ꝯſideratione rōnis inquantū intellectus intelligit naturaꝫ ſine indiuiduantibus q: hᵒ nō videt eē poſſibile q: intellectus intelligens rem aliter q̄ꝫ res ſit eſt falſus quia ab eo ꝙ res eſt vel nō ē dicitur oratio vel ꝓpoſitio vera vel falſa vt habetur in predicamētis a phō. Sed ita ē ꝙ humanitas nunq̄ꝫ eſt ſeꝑata ab indiuiduantibus. igit intellectus intelligens eam ſeꝑatam eſt falſus. In oppoſitum ē doctor in textu. ¶ Ad iſtā qōnem ē dd̄m ꝙ de neceſſitate opꝫ ꝙ humanitas ꝓut eſt i itellectu ſit ſeꝑata ab omnibus indiuiduātib⁹ ꝯditionibus. ⁊ hui⁹ rō ē q: illud qd̄ impedit intellectū a ſua cognitiōe nō pōt eē in intellectu ꝓut eſt ē in re: nec pōt eē in re ꝓut ē in intellectu. Sꝫ illa indiuiduātia impediūt intellectum. igitur ⁊c. Maior pꝫ. Minor ꝓbat q: illa indiuiduantia ſunt mālia: mā āt ē impeditiua cognitiōis: vt dcm̄ ē ſupius: ⁊ dicet in ſeqnenti lectione igit ⁊c. ¶ Ad argᵐ in oppoſitū dicit ꝙ abſtrahere aliquid ab alio vel intelligere vnū ſine alio: pōt capi duplr̄. Uno mō ꝑ modū ꝯpoſitionis ⁊ diuiſionis: ſicut cū intelligimus aliquid in aliquo vel eē ſeꝑatū ab eo: vt corp⁹ abſqꝫ aliq̄ qualitate. Alio mō ꝑ modū ſimplicis ⁊ abſolute cōſiderationis abſtrahere: igit per intellm̄ ea q̄ ſm rem nō ſunt abſtracta: ſm p̄mū modū abſtrahendi ⁊ intelligendi: nō eſt abſqꝫ falſitate intell's. Sed ſcd̄o mō abſtrahere per intellm̄ ea q̄ ſm rē nō ſunt abſtracta non hꝫ intell's aliquā falſitatē. Et hoc eſt qd̄ dicit Ariſt. abſtrahentium nō eſt mendaciū. loqtur. n. de intellectu ſimplici: q eſt ſine aliqua falſitate: nō āt de itellectu componēte ⁊ diuidēte: qui ſe hꝫ ad vtrūlibet: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. vñ aliud eſt intelligere vnū non eē in alio ⁊ aliō eſt intelligere vnū non intelligendo aliud. hoc āt declarari poſſꝫ exēplo ſenſibili ſicut declarat doctor de corpore colorato in p̄ma parte qōne. 85. ar. p̄mo ad p̄mum argᵐ. ſed cā vitande ꝓlixitatis nō patior: ſed ibi regre ſi vis perfecte veritatē videre. ¶ Dubitatur ſcd̄o vtꝝ vlr̄ poſſit eē ſciētia de ſenſibilib⁹ vel de ſingularibus vl' de corruptibilibus: vel de ꝯtingentib⁹ ⁊ ſophiſticis: ⁊ hoc q: ſcie debent eē de intelligibilibus de vlibus. de incorruptibilibus. d̄ neceſſarijs ⁊ vere exiſtentibus. ¶ Ad iſtā qōnem breuiter terminādo facio vnā rōnem cōem ⁊ dico ꝙ de omnib⁹ iſtis pōt eē ſcīa ⁊ ꝓpter illa que pñt dici in contrariū. diſtinguo ꝙ talia pñt duplr̄ ꝯſiderari. vno mō inquātū ſūt talia: ⁊ ſic illo mō nō pōt de eis eē ſcīa vt bene arguebat. Alio mō pñt cōſiderari talia inquātū de eis pōt formari cognitio ⁊ rōnes intelligibiles ⁊ vl'es: ⁊ incorruptibiles ⁊ neceſſarie ⁊ vere ⁊ ſic de eis pñt eſſe ſcie. nec hoc eſt incōueniens q: hoc fieri pōt q: lꝫ iſta ſit ꝯtingēs ꝓpoſitio ſortes currit vel ſortes mouet. iſta tñ eſt penitus neceſſaria. ſi ſortes currit ſortes mouetur. ⁊ ita diligēs lector poteſt diſcurrere per ſingula. ⁊ ſic patet ſolutio ad argumentum oppoſitum.

Quō duplicia ſūt accidētia ſpiritualia et materialia

Quō differat ſpēs q̄ ē intētio ſcd̄a i ſpē intelligibili

Utꝝ nā humana in intellu habeat eē abſtractum

Utꝝ de ſenſibilib⁹ ſingularibus poſſit eſſe ſcientia.

¶ Quomodo eēntia eſt in ſubſtantiis ſeparatis que ſunt deus ⁊ angelus.

Nunc reſtat videre ſcd̄m quē moduꝫ eēntia ſit in ſubſtātiis ſepatis. ſ. i aīa intelligētia ⁊ cauſa prima quāuis āt eē per ſe ſimplicitatem omnes ꝯcedāt. tñ compoſitionem māe ⁊ forme in intelligentias ⁊ in aīas quidaꝫ nitunt ponere. Cuius poſitionis fuiſſe dicit Auicebron auctor libri fontis vite

Lectio. vii.

Oſtq̄ꝫ doctor determinauit de eēntijs ſbaꝝ cōpoſitaꝝ: mō i ꝑte iſta determiat de eēntijs ſbarū ſimpliciū: ⁊ diuidit in tres ꝑtes. q: i p̄ma remouet quādā falſā pōem quorūdā circa eſſentias ſbaꝝ ſimpliciū. in 2ᵃ determiat de eēntijs earū. i 3ᵃ reducēdo ea q̄ dcā ſūt diſtinguit oēs eēntias in tria genera. 2ᵃ ibi (vñ ⁊ in aīa intellectiua) 3ᵃ ibi (his viſis pꝫ.) Prima iteꝝ in tres q: i p̄ma ꝯtinuādo ſe ad ea q̄ dcā ſūt ponit illā falſā opinionē. 2ᵒ eā deſtruit. 3ᵒ rn̄det cuidam obiectiōi. 2ᵃ ibi (hᵒ āt) 3ᵃ ibi (nec aliqs pōt) p̄ᵒ ꝯtinuat ſe ad ea q̄ dcā ſūt. ⁊ dicit ꝙ ex quo ſupra oſ̄dim⁹ qualr̄ ſit eēntia in ſubijs ꝯpoſitis. nūc reſtat videre ſꝫ quē modū ſit eēntia in ſbijs ſeꝑatis. ſ. in aīa intellectiua ⁊ in pria cā. Deinde ponit circa hᵒ falſā opinionē. d. ꝙ lꝫ oēs cōit cōcedāt ſimplicitatē prie cāe ⁊ nullā ꝯpōem ei attribuāt: tñ qdā nr̄i amici nitūt inducere ꝯpōem forme: ⁊ māe in intelligētijs ⁊ aīab⁹. Et dicit ꝙ p̄m⁹ auctor h⁹ opinionis vꝛ fuiſſe Auicebrō q fuit auctor libri fontis vite: lꝫ tñ doctor ſan. nō ponit motiuū. vnde ad hᵒ ponēdū mouebat: qd̄ tñ ponit in pria ꝑte. q. 50. ar. 2ᵒ. ⁊. q. 75. ar. 5ᵒ. ⁊ ē tale. In quocūqꝫ iueniūt ꝓꝑetates māe ibi de neceſſitate reperit mā: ſed i angelis ⁊ in aīa inueniuntur proprietates māe. gᵒ in angelis ⁊ in aīa ē mā. Maior patꝫ q: ꝓprietas rei nō ē ſeꝑata ab eo cui⁹ ē ꝓprietas. minor ꝓbatur q: ꝓprietas māe eſt iſta. eē in potentia. recipe. ſubijci. et trāſmutari: et iſta oīa inueniūt in angelis ⁊ in aīa. gᵒ ⁊c. ꝙ pꝫ diligenter intuēti. Sꝫ ē tñ ſciendū ꝙ iſte Auicebrō lꝫ fuerit magn⁹ phs tñ fuit inſufficiens logicus. Unde in

Motiuuꝫ Auicebron de poſitōe māe i ſbiſ ſimplicib⁹.

iſto motiuo manifeſte fallacia equocatiōis ꝺcipit̄. Sicut videm⁹ de h̄ qꝺ ē recipe qꝺ ſibi magis vꝫ ꝯuenire q꞉ aliter recipe ꝯuenit ītellectui ⁊ alr̄ mā̄e. Et pōt triplex aſſignari diuerſitas ſm̄ ꝙ potui recolligere ex diuerſis locis doctoris. P̄ria diuerſitas ē q꞉ mā̄ recipit formas indiuiduales. intell'ſ v̄o formas vl̄es ad min⁹ ī repn̄tādo. 2ª diuerſitas ē ꝙ mā̄ recipit formā̄ vt ꝑ ipſam ꝯſtituat̄ in eſſe aliquo ſpecifico vtputa in eē ſpecifico aeris vl̄ alic⁹ alteri⁹ Intell'ſ v̄o recipit formas vt ꝑ ipſas ꝯſtituat̄ in eē ītelligibili. 3ª diuerſitas ē꞉ q꞉ mā̄ recipit formas mediāte motu ⁊ trāſmutatiōe. Intell'ſ v̄o ſine his recipit. Un̄ dic̄ ph̄s. 7° ph̄icoꝝ ꝙ ſedēdo ⁊ qeſcēdo fit aīa ſapiēs ⁊ prudens. Tūc aīa fit ſapiens qn̄ recipit ī ſe formas ītelligibiles et multe alie poſſ'ēt diuerſitates aſſignari int̄ recipe intell'ſ꞉ ⁊ recipe materie. Et ſicut equocatio eſt in hoc qꝺ ē recipere. ita ī hoc quod ē eē in potentia ſubijci ⁊ tranſmutari ⁊ etiam in alijs conditionibus.

Deinde cum dicit.

**Hoc autem dictis philoſophorum reperitur eſſe cōtrarium quia eas ſubſtātias a materia ſeparatas nominā̄t ⁊ abſqꝫ omni materia eſſe probant. Cuius demonſtratio potiſſima eſt ex virtute intelligendi que in eis eſt. Uidemus enim formas nō eſſe intelligibiles in actu niſi ſm̄ ꝙ ſeparantur a materia ⁊ a cōditionibus eius nec efficiūtur intelligibiles in actu niſi per virtutem ſubſtantie intelligentis ſcd̄m ꝙ recipiunt̄ in ea ⁊ ſcd̄m ꝙ aguntur per eaꝫ. Unde oportet ꝙ in qualibet ſubſtantia intelligēte ſit omnimoda īmunitas a materia. Ita ꝙ neqꝫ habeat materiā̄ partem ſui꞉ neqꝫ etiā̄ ſit ſicut forma impreſſa in materia ut eſt de formis materialibus.**

Deſtruit iſtā̄ poſitiōem ⁊ dic̄꞉ ꝙ iſta poſitio ē falſa. ex eo ꝙ repugnat dictis phoꝝ q noīant eas ſb̄as a mā̄ ſeparatas꞉ ⁊ ꝓbat ꝙ ſūt abſqꝫ mā̄ ⁊ addūt ad h̄ demr̄andū demōſtratiōeꝫ quā̄ dic̄ eē potiſſimā̄ ī mā̄ iſta. ⁊ pōt ſic formari. Illud c⁹ v̄t⁹ ē imālis꞉ ipꝫ qꝫ ē imāle. ſꝫ oīs v̄t⁹ ſb̄e intelligibilis vl̄ intelligētis ē imālis. g° ⁊c̄. Maior pꝫ q꞉ v̄t⁹ ꝯſeqt̄ ſb̄aꝫ ⁊ eēntiā̄ rei꞉ minor āt pōt ſic ꝓſyllogizari, illud qꝺ recipit ī ſe aliqꝺ imāle vl̄ fac̄ aliqꝺ eē imāle illud de necitate ē imāle. Sꝫ v̄t⁹ ſb̄e imālis ſiue intellectualis ē hmōi g° ⁊c̄. maior pꝫ q̄ꝫtū ad p̄mā̄ ptē꞉ q꞉ recipiens ⁊ r̄ceptū ꝺb̄ēt eē ꝓporcionata. q̄ꝫtū ēt ad ſcd̄aꝫ ꝑtē꞉ pꝫ q꞉ nihil agit vltra ſuā̄ ſpēm꞉ ⁊ ſic māle nō pōt ꝯſtituere imāle minor declarat̄꞉ q꞉ v̄t⁹ ſb̄e ītelligētis ē ītell'ſ poſſibilis vl̄ agēs q̄ꝫtū ad nā̄m hūanā̄ vl̄ ad aīaꝫ꞉ ītell'ſ v̄o cōit̄ ſūpt⁹ q̄ꝫtū ad angelū in quo nō ē ītell'ſ poſſibilis neqꝫ agēs niſi equoce꞉ ⁊ hec ē rō q̄re nec̄e ē vt ꝓbat doctor ī p̄ma ꝑte q.54.ar.4. Sꝫ certū ē ꝙ nihil ē ītelligibile niſi inquātū ī māle ē. q꞉ inq̄ꝫtū tale ſepat̄ a mā̄ ⁊ a ꝯditiōib⁹ mā̄e꞉ ⁊ h̄ ē ex eo ꝙ mā̄ ē īpeditiua cognitiōis vt dcm̄ ē. ſꝫ illud imāle ⁊ ītelligibile recipit̄ ī intellectu poſſibili aīe ⁊ ī ītellectu angeli꞉ ⁊ fit ītelligibile ⁊ imāle actu ꝑ v̄tutē ītell'ſ agentis aīe nr̄e꞉ et ēt intell'ſ angelici. g° ſeqt̄ ꝙ intell'ſ poſſibilis ⁊ agens aīe ⁊ intell'ſ angeli ſint imāles꞉ ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſeqt̄ cōcluſio p̄ncipalis. ſ. ꝙ oīs ſb̄a intelligēs ſit imālis ⁊ iō ꝯcludit v̄itatē ꝙ opꝫ ꝙ ī q̄libet ſb̄a intelligēte ſit oīo īmunitas a mā̄ ⁊ exponit illa. ſ. ꝙ nec hēat mā̄m ꝑtē ſui nec ēt ſit ſic forma īpreſſa mā̄e ſic̄ ē de formis mālib⁹. vt pꝫ. Notādū ꝙ duplex ē agens. ſ. agens p̄ncipale ⁊ agēs inſtr̄ale Agens inſtr̄ale ē qꝺ agit ī v̄tute p̄ncipalis agētis. agēs āt p̄ncipale nō agit ī v̄tute alteri⁹ inq̄ꝫtū p̄ncipale ē. Qn̄ g° dr̄꞉ nihil agit vltra ſuā̄ ſpēm. aut intell'r de agēte p̄ncipali ⁊ ſic tꝫ ꝓpō꞉ aut de agēte inſtr̄ali. Et hoc dupl'r. q꞉ aut h̄ intelligit̄ in v̄tute ꝓpria꞉ ⁊ ſic ēt ē ꝓpō v̄a aut in v̄tute alteri⁹ ⁊ ſic eſt falſa q꞉ agēs inſtr̄ale agit in v̄tute agētis p̄ncipalis/ vn̄ agit vltra ſuā̄ ſpēm. Calor. n. ignis agit ad ītroductiōem forme ſb̄alis ignis gn̄andi inq̄ꝫtū. ſ. agit ī v̄tute forme ſb̄alis q̄ ē in igne gn̄ante꞉ lꝫ de ſe nō poſſit agere niſi ad calorē inducēs.

*Quale agens poſſit agere vltra ſuam ſpēꝫ*

Dubitat̄ āt de h° qꝺ dic̄ ꝙ ī q̄lꝫ ſb̄a intelligente dꝫ eē oīo īmunitas a mā̄꞉ q꞉ in aīa rōnali q̄ꝫdiu ē in corꝑe nō oīno ē īmunis a mā̄꞉ q꞉ eſt quoddam mō mālis lꝫ hoc nō poſſit dici de angelis. Ad h° pōt r̄nderi dupl'r vno mō dicēdo ꝙ ipſe loqt̄ de angelis hic ⁊ de aīab⁹ ſeꝑatis ⁊ pꝫ h° ꝑ ea q̄ dcā̄ ſunt in p̄n° lectiōis q꞉ dcm̄ ē ꝙ intēdit determinare de eēntijs ſub̄aꝝ ſeꝑatarum꞉ ⁊ certū ē ꝙ quādiu aīa ē in corꝑe nō appellat̄ ſub̄a ſeꝑata. pꝫ ēt hoc ꝑ ea q̄ dicūt̄꞉ dicit. n. ꝙ in oī ſb̄a intelligente ⁊c̄. Certū ē ꝙ aīa quādiu ē in corpore nō ē ī intelligentijs. Sꝫ hō h̄n per aīaꝫ vt dicit ph̄s in p̄° de anima q loquēs de aīa ꝯiūcta dicit. Siqs dixerit aīaꝫ intelligere ſeu ꝯſiderare ſil'e ē ac ſi dicat eā̄ texere vel edificare. q.d. ſicut nō dꝫ dici ꝙ aīa edificat ſꝫ hō per aīam. ita nō dꝫ dici ꝙ aīa intelligat ꝓut eſt ꝯiuncta꞉ ſꝫ hō per aīam.

*Utrū ī ſb̄a intelligētie poſſit eē īmunitas in mā̄ ꝯ illas qui ponūt mā̄ꝫ ſpūalem.*

Sꝫ qn̄ erit a corꝑe ſeꝑata꞉ tūc erit vere ſub̄a intelligens ⁊ ſibi attribui poterit operatio. q꞉ opatiōes nō attribuunt̄ niſi ꝑ ſe exn̄tibus. Alit̄ poſſum⁹ reſpōdere ſupponendo ēt ꝙ aīa cōiuncta corpori poſſet dici ſubſtantia intelligens ⁊ diſtinguere de re immāli. Q꞉ aliqua ſubſtātia pōt dici immaterialis dupl'r. vno mō ſimpl'r. ſ. quia nā̄ hꝫ materiā̄ partē ſui nec aliquo modo vnitur materie vt forma. ⁊ ſic deus et angeli dicūtur ſubſtātie īmateriales. Alio modo qꝺ nec habet materiā̄ partē ſui nec vnit̄ materie vt forma immerſa ſibi et cōprehenſa ab ea et talis ē aīa humana. Et ſic intēdit doctor hic qꝺ et pꝫ ex verbis ſuis. dicit enim ꝙ oꝫ in omni ſub̄a intelligente ſit omnino īmunitas a materia ita ꝙ nec hēat materiā̄ partē ſui nec ſit forma impreſſa ī materia. vnde non dicit ſimpl'r ꝙ non dꝫ eē vnita materie ſed ꝙ non impreſſa ſit ſicut dcit ipſe de alijs formis materialibus que ſunt totaliter imp̄ſſe ī materia ſiue immerſe.

*Utrū aīa intellectiua poſſit dici intelligētia*

Deinde cum dicit.

**Nec poteſt aliquis dicere ꝙ intelligibilitatem non impediat materia quelibet꞉ ſed materia corporalis tantū. Si enim hoc eſſet ratione materie corporalis tantū cum materia non dicatur corporalis niſi ſcd̄m ꝙ fiat ſub forma corporea. tunc oporteret ꝙ hoc haberet materia a forma corporali. ſcilꝫ impedire intelligibilitatem. ⁊ hoc non poteſt eſſe quia ⁊ ipſa forma corporalis actu intelligibilis eſt ſicut ⁊ alie forme ſcd̄m ꝙ a materia abſtrahunt̄.**

Reſpōdet cuidā̄ tacite obiectioni. poſſet enim aliquis ſic obijcere ꝙ tota virtus demōſtratōis ſuppoſite in hoc fundat̄ ꝙ illud qꝺ debet eſſe intelligibile debet eſſe immateriale ex eo ꝙ materia impedit intellectionem. Sed ego dicā̄ ꝙ nō quelibet materia impedit cognitionem ſiue intellectioneꝫ ſꝫ ſolū mā̄ corꝑalis꞉ et hāc nō ponim⁹ in ſb̄ijs ſeꝑatis ſꝫ ſolū in eis ponim⁹ mā̄ꝫ ſpāleꝫ. Ipe nāqꝫ hāc obiectiōem remouet deſtruēs ſolū h° qꝺ dicebat ꝙ mā̄ corꝑalis īpedit cognitiōem꞉ et ꝓbat ꝑ talē rōnem ſeu ꝯn̄aꝫ. Si. n. mā̄ corꝑalis īpediret intellectōem ſequeret̄ ꝙ forma corꝑalis nō eēt actu ītelligibilis. ſꝫ ꝯn̄s ē falſum g° et an̄cedēs finitas ꝯn̄tis ē manifeſta. q꞉ oē qꝺ pōt abſtrahi a mā̄ pōt eē actu intelligibile. Sꝫ ipa forma corꝑalis ſicut et alie pōt abſtrahi a mā̄ g° ⁊c̄. ꝯn̄a ſic ꝓbat̄꞉ q꞉ certū ē ꝙ mā̄ nō dr̄ corꝑalis niſi q꞉ hꝫ formā̄ corꝑalē per quā̄ īformat̄. Si g° mā̄ corꝑalis īpedit h° ē rōne forme corporalis. ſꝫ propter quod vnū quodqꝫ et illud magis ergo ⁊c̄. ſed nota ꝙ iſti viri dilecti noſtri꞉ qui hanc obiectionem faciunt lꝫ ſint in hoc nobis magis ſpūales. tamē in alijs ſunt magis carnales꞉ et vt ipi ex ſuam ſpiritualitate nō poſſint ſe defendere faciendū eſt ꝯtra eos ꝑfectius arg^m vt dicamus. Si ſolū materia corꝑalis īpedit intelle

